

DE CAUSIS PEC. ALIE.

*Reticētia  
cūpa.* ¶ Qui quādo cōmode possunt, nō ta  
mē manifestāt peccata hominū ijs, qui  
debent & possunt corripere & emēda  
re delinquentes, dūtaxat si sciāt ex sua  
reuelatione pximū a peccato arcēdū,  
& aliū quēpiā à periculo liberandum.

*Indulgen  
tia.* ¶ Qui cū possint, & ex officio debe  
ant subditos corripere, & emēdare, p  
hibereq; ne alteri damnum inferatur;  
tamē aut cōiuēt in eorū peccatis, aut  
leuiter puniunt delinquētes, sic vt ite  
rum peccare nō current.

¶ Qui prēter æquum & bonum sō  
tes absoluunt criminis,

¶ Qui permittūt pauperes & impo  
rētiores iniuste opprimi, cū iniuste illi  
oppressioni possint obsistere.

*Omīssio  
reprehen  
sionis.* ¶ Qui in aliorum peccatis obmute  
scunt, & proximū delinquētē p virib;  
a peccato auocare negligunt. Bernar.  
Nemo pximi vitia palpet, peccata dis  
simulet nemo: est em cōsentire, silere,  
cū arguere possis: & scimus, quia simi  
lis pœna faciētes manet & cōsētietes.

*participa  
tio.* ¶ Qui veniunt in partem lucri cum  
furibus & raptoribus, Qui

VIRTUTES CARDINALES.

¶ Qui alienum spolijs ditescunt.

¶ Qui malefactoribus patrocinant,  
aut eisdem domui suæ retinent, exci  
piunt, aut celant, aut eorū peccata ex  
cusan t. *cōfugiū.*

¶ De uirtutibus Theologicis.

Tres sunt virtutes Theologicae,  
quibus & scientia omnis & pphe  
tia omnis militat, per quas anima no  
stra fertur in summam trinitatem.


Fides, Deo assentiendo,


Spes, in Deo confiteudo.


Charitas, Deum summe amādo.


Quæ sibi inuicem succedunt, sic vt  
vna sine altera plane esse nō possit. Fi  
de em titubāte, charitas etiā ipsa lāgue  
scit: si a fide quisquā ceciderit, a chari  
tate etiā necesse est cadat. Nemo enim  
id diligere potest, quod nō credit. Por  
to si credit & diligit, bene agēdo & bo  
norū morū præceptis obtemperando  
efficit, vt etiā speret, se ad id, quod cre  
dit & diligit, esse venturum.

¶ Contra has virtutes peccatur, vt in  
primo









REVEREN-  
DISSIMI DOMINI D.  
Thomæ de Vio Caietani, Car-  
dinalis Sancti XYSTI, aduer-  
sus Lutheranos Opuscula:  
uidelicet,

De fide & operibus.

De communione:

De confessione.

De satisfactione.

De inuocatione sanctorum.

EIVSDEM *Responsiones ad XVII. quesita,*  
*in usum lectorum, etiamnum addidimus, quòd sa-*  
*nè bonam Theologiæ partem complecti vide-*  
*rentur.*

CRACOVIAE.

APVD VIDVAM FLORIANI VN-  
GLERII. M. D. XXXXIII.

B. 1374

THE VETERAN  
OF THE DOMINION  
The only Vio. ...  
...  
...



...  
...

2818-1920.

...  
...  
...

...  
...  
...

IN HANC SALV-  
TAREM OPEL-

Iam, ΕΥΚΟΜΙΟΝ.

*Mens quid auara iuuat fibras constringere curis*

*Quid lacerum pectus sollicitudo premit?*

*Linq; sophos uarios mendaces linque poetas,*

*Linq; Stagyritici dogmata uana patris.*

*Huc huc Pegaseo confer uestigia gressu,*

*Ebrietas sancta est quam parit iste calix,*

*Hic tibi syderei panduntur uerticis arua,*

*Claudatur Inferne ianua lata domus.*

*Si placet ad Christi mores componere uitam,*

*Amulus hic poteris moribus esse suis.*

*Doctrinam referes hic seruatoris Iesu,*

*Nil nisi syncerum codicis umbra docet.*

*Est aegris Medicus, iustis solatia praestat,*

*Pascitur Ambrosia cui cibus iste placet.*


*Candide quicquid aues Lector dabit iste libellus,*

*Consonet at uerbis inclyta uita suis.*



CLEMENTI SEPTI-  
mo Pont. Maximo, Thomas  
de Vio Caietanus, Cardi-  
nalis Sancti X Y S T I, feli-  
citatē precatur.

**P**Ræceptis beatitudinis tuæ;  
Clemens septimē Pontifex Maxi-  
me, etsi semper parere fas est, nūc  
tamen etiam iucundum mihi est.  
Venena siquidem Lutherana de  
fide & operibus diffundi etiam in  
corda fidelium timens, cupiebam  
ut iretur obuiam; & non nisi pau-  
loante beatitudinis tuæ mandatū  
cogitaueram animū ad scribendū  
tractatum hunc appellere. Suauis-  
sima itaq; hæc obedientia uenit:  
utinam & Christi fidelibus fru-  
ctuosa, & tuæ beatitudini (cui e-  
tiam censura libelli huius incum-  
bit) grata,

 **TRACTA**  
**TVS DE FIDE ET O-**  
**peribus, Thomæ de Vio Caie-**  
**tani, Cardinalis sancti XY-**  
**STI, aduersus Luthera-**  
**nos. . . . .**

**POSITIO LUTHERANO-**  
**RVM DE FIDE.**  
**CAPVT I.**



**M**AGNIFICANTES Luthera-  
rani Euangelicam doctrinam de  
eterna salute hominum per fidem  
mediatoris Dei & hominum homi-  
nis **CHRISTI IESV**, docent  
homines consequi remissionem peccatorum per fidem  
in **IESV M CHRISTVM**, extendendo nomē  
fidei ad credulitatem qua peccator accedens ad sacra-  
mentum credit se iustificari ex diuina misericordia,  
intercedente **IESV CHRISTO**. Et usq; adeo  
magni pendunt hanc credulitatem, ut dicant eam as-  
sequi remissionem peccatorum ex diuina promissio-  
ne. Aiunt enim quòd nisi homo habeat huiusmodi fir-  
mam credulitatem diuini uerbi, iniuriam facit diuino  
uerbo, minus credendo diuinae promissioni: si autem  
**A 3** firmiter

firmiter credit se iustificari suscipiendo sacramentum  
 uerè iustificatur : alioquin non esset uera & efficax  
 diuina promissio. Nonnulli quoq; Lutherani usque-  
 adeò extollunt huiusmodi fidem, ut eam assequi remis-  
 sionem peccatorũ antequam peccator habeat chari-  
 tatem, doceant, ea ratione quia fides iustificans di-  
 stinguitur contra legem longo sermone à Paulo apo-  
 stolo : *charitas autem comprehenditur sub lege: quo-  
 niam, diligere Deum ex toto corde &c. est primum.  
 & maximum mandatum in lege: ut dominus in euan-  
 gelio dicit. Hæc sunt in quibus consistit neruus doctri-  
 nae Lutheranae de fide.*

Rom. 3.

Deut. 6.

Mat. 22.

## PRIMVS IN PRÆRECITATIS

error, quòd incidit æquiuocatio in no-  
 mine fidei.

## CAPVT

## II.

**F**idei nomen aliud significat quum de illa sacra-  
 litera tradunt quòd iustificat homines, & ali-  
 ud significat quum significat credulitatem qua homo  
 credit se iustificari per Christum & sacramenta. Nã  
 fides iustificans est quæ significat id quod per eius dif-  
 finitionem manifestatur, ad Hebr. dicendo quòd fi-  
 des est sperandarum substantia rerum, argumentum  
 non apparentium. sic enim sumpta, est una trium uir-  
 tutum Theologicalium : dicente Paulo, Nunc autem  
 manent fides, spes, charitas. Ei fides in hac significa-  
 tione sum-

Cap. II.

I. Cor. 13.

DE FIDE ET OPERIB. 5.

fide sumpta, est quæ est donū Dei, per quā saluamur.  
 & sine qua impossibile est placere Deo: & est qua cre-  
 dimus omnes articulos fidei, & quæcunq; sunt de ne-  
 cessitate salutis credenda. Fides autem significans cre-  
 dulitatem qua iste homo credit se iustificari hic nunc  
 suscipiendo hoc sacramentum ex merito Christi, mul-  
 tum distat à fide primo modo sumpta. Quod decla-  
 ratur tum ex parte rei creditæ: quoniam fidei non  
 potest subesse falsum, credulitas autem ista potest fal-  
 li. Et ratio est: quia credulitas ista est de singulari ef-  
 fectu hic nunc & in hoc, proueniens partim ex fide  
 necessaria ad salutem, & partim ex humana conie-  
 ctura. Pro quanto enim est de merito Christi & sacra-  
 mentis, imperatur à fide: pro quanto autem est de  
 effectu hic nunc in seipso, ex humana prouenit conie-  
 ctura. Nam sub fide Christiana clauditur quòd, qui-  
 libet confidens in merito CHRISTI, & rite intus  
 & extra suscipiens sacramentum, iustificatur ex di-  
 uina gratia: sed non extenditur Christiana fides ad  
 credendum quòd ego nunc sim intus & extra susci-  
 piens rite sacramentum. Quemadmodum ex Christi-  
 ana fide teneor credere in hostia rite consecrata esse  
 uerum CHRISTI corpus, sed Christiana fides non  
 se extendit ad credendum quòd in hac hostia ab isto  
 nunc in hoc altari celebrante est corpus CHRISTI  
 quoniam hoc potest aliunde esse falsum. Tum quia fi-  
 des omnium Christianorum est una: iuxta illud, V= Ephes. 4.

**Ephes. 4.** nus Dominus, una fides. Perspicuum est autem quòd sub fide quæ est in me, non continetur credere quòd ille suscipiens sacramentum nunc hic, iustificetur, aut quòd in illa hostia est corpus CHRISTI. Ergo sub nullius fide credere hunc singularem effectum huius sacramenti in hoc homine, comprehenditur. Ex unitate ergo fidei apparet secundo diuersitas dictæ credulitatis à fide. Et propterea primus in hac re Lutheranorum error est, quòd ea quæ attribuuntur in sacra scriptura fidei, attribuunt huic credulitati. Sæper enim quum hanc docent credulitatem, textus sacre scripturæ citant tractantes de fide: puta, Iustificati ex fide pacem habemus ad Deum. & : fide purificans corda eorum. & infinitos similes textus.

**Rom. 5,**  
**Actu. 15.**

SECUNDVS IN PRÆRECITATIS  
error, quòd dicta credulitas apprehendit  
remissionem peccatorum.

CAPVT

III.

**Q**uod autem dicunt, quòd huiusmodi credulitas assequitur remissionem peccatorum, potest bene & male dici & intelligi. Nam si dicatur et intelligatur quòd hæc credulitas formata fide & charitate assequitur ueniam peccatorum, uerum est: si autem secluditur charitatis formatio, falsum est: lib. de tri. quoniam ut Augustinus dicit, Nullum est isto Dei 15. ca. 18. dono excellentius, solum est quod diuidit inter filios regni æter

DE FIDE ET OPERIB. 7.

regni aeterni & filios perditionis aeternae. Et scito quod haec credulitas communis est omnibus deuote accedentibus ad sacramenta. Nam quilibet deuote accedens ad quodcunq; sacramentum, credit suscipiendo illud se iustificari ex merito passionis & mortis CHRISTI: alioquin non accederet. Sed non est par in omnibus ista credulitas: unus enim magis credit se iustificari quam alter. Et regulariter cum hesitatione de opposito inest deuotis mentibus ista credulitas: quia nulla scripturae auctoritate, nullo ecclesiae documento docemur oportere nos huiusmodi credulitatem habere absq; hesitatione aliqua. Ratio autem hesitandi est, quia communiter nullus scit, an ex parte sui impedimentum aliquod inueniatur suscipiendi donum remissionis peccatorum, nullus regulariter scit, an ipse desit gratiae Dei. Et propterea sic hesitans, nullam iniuriam infert diuinae promissioni: quoniam non hesitat ex parte Dei, non hesitat ex parte meriti CHRISTI, non hesitat ex parte sacramenti: sed hesitat ex parte sui. Scriptum est enim: De Psal. 18.  
 licita quis intelligit? Testatur quoq; hanc communem hesitationem de effectu singulari diuinae misericordiae (hoc est remissionis peccatorum istius uiri nunc denote conuersi ad Deum.) Iohel propheta: Nam de Cap. 2.  
 iis qui conuertendi erant ad Deum ex toto corde in ieiunio, fletu, & planctu, citata diuinae misericordiae excellentia super peccata, subiungit: Quis scit si con-

uertatur Deus & ignoscat? Neminem ergo eorum  
 qui conuertebantur certum esse, sed quemlibet sub  
 hæsitacione esse an ignosceret Deus illi, manifestat.  
 Et confirmatur: quia credulitatis hæsitatio nõ rationa-  
 biliter tollitur, nisi ex aliqua trium causarum: uide-  
 licet uel diuina reuelacione, quæ in proposito non ha-  
 bet locum: quia quamuis Deus reuelauerit quòd om-  
 nes qui ritè intus & extra confidunt se consequi re-  
 missionem peccatorum per meritum CHRISTI,  
 consequuntur illam, non tamen reuelauit quòd iste  
 nunc ritè conuertitur intus & extra: hic enim effe-  
 ctus particularis non comprehenditur sub reuelacio-  
 ne cui innititur fides Christiana. Vel ex sufficientia  
 testimoniorum conuincentium ad aliquod singulare  
 credendum: sicut sufficientia testimonia conuincunt  
 eum qui nunquam egressus est è Roma, ad credendũ  
 quod inueniatur insula Caligut seu Taprobana. Cla-  
 rum est enim in credulitate qua iste credit se iustifica-  
 ri, non interuenire testimonia conuincentia intellectu  
 ad credendum hunc effectum nunc in seipso. Vel ex  
 qualitate testium: puta, quia sunt omni exceptione  
 Rom. 8. maiores. Iuxta quod dicit Apostolus: Spiritus san-  
 ctus contestatur spiritui nostro quòd sumus filij Dei.  
 Nam hæc contestatio præsupponit remissionem pec-  
 catorum factam: quia præsupponit illum de quo te-  
 statur, esse filium Dei: ut clare ipsa litera sonat. Cre-  
 dulitas autem ista, quam Lutherani ponunt, non  
 præsupp-

DE FIDE ET OPERIB. 9.

presupponit remissionem peccatorum in illo, sed apprehendit illam, ut precedens apprehendit quod sequitur. Voluntarium igitur dogma est, dicere quod huiusmodi credulitas in uerbo CHRISTI, in merito passionis eius &c. assequitur infallibiliter remissionem peccatorum. Et ideo à Leone decimo inter damnatos Lutheri articulos annumerati sunt articuli dicentes: Peccata non sunt ulli remissa, nisi remittente sacerdote credat sibi remitti. imò peccatum maneret nisi remissum crederet, non enim sufficit remissio peccati & gratiæ donatio, sed oportet etiam credere esse remissum. Nullo modo confidas absolui propter tuam contritionem, sed propter uerbum CHRISTI, Quodcunq; solueris &c. Hic, inquam, confide si sacerdotis obtinueris absolutionem, & crede fortiter te absolutum, & absolutus uerè eris, quicquid sit de contritione. Si per impossibile confessus non esses contritus, aut sacerdos non serio, sed ioco absolueret si tamen credat se absolutum uerissimè, est absolutus. Mat. 16.

TERTIVS IN PRAERECITATIS

error, quod ante charitatis aduentum remittuntur peccata poenitentibus.

CAPVT III.

**I**ntolerabilius autem est dimitti peccata ante charitatem infusam illi cui dimittuntur peccata. quod sic clarissime conuincitur. Impossibile est ex inimica

A 5. reddi ami



reddi amicum sine amicitia, quum amicus sine amicitia nec intelligibilis sit, quemadmodum nec albus sine albedine intelligibilis est. Sed quum homo ex iniusto fit iustus per CHRISTVM, fit ex inimico Dei amicus Dei, dicente Apostolo, Quum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. reconciliatio enim amicum reddit reconciliatum. Ergo peccatorem iustificari sine amicitia Dei, nec est possibile, nec intelligibile, charitas autem est ipsa amicitia inter hominem & Deum. Est enim amor amicitiae hominis ad Deum, & econuerso, iuxta illud, Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo. Et ibidem, Diligimus Deum, quia ipse prior dilexit nos. In mutuo enim amore consistit amicitia. ergo per charitatem formaliter fit remissio peccatorum. Ita quod una atq; eadem res est, quae uocatur iustitia fidei, & charitas, sed iustitia fidei uocatur quatenus ea homo est iustus apud Deum secundum rationes diuinarum rerum atq; actionum quas credimus, appetitu sensibili debite subdito uoluntati & uoluntate rectae rationi, & recta ratione Deo secundum rationes eorum quae de Deo ac coelesti patria fide tenemus. Nominatur uero charitas quatenus est amor amicitiae ad Deum communicantem nobis

Philip. 3. ciuilitatem coelestis patriae, iuxta illud. Nostra autem

Ephes. 2. politia in caelis est. Et, Iam non estis hospites & aduene, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei. Et

Dilectus

DE FIDE ET OPERIB. II.

Dilectus meus mihi & ego illi. Et hæc sola ratio, quia  
 conuincit intellectum, sufficit, fulta nihilominus au- Cant. 2.  
 toritate CHRISTI, Petri, Ioannis & Pauli est.  
 Isti enim omnes attribuunt remissionem peccatorum  
 fidei & charitati simul. Et CHRISTVS quidem  
 peccatrici dixit, Fides tua te saluam fecit. Et de eadē Luc. 7.  
 dixit, Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dile-  
 xit multum. In quibus uerbis dilectionem esse proxi-  
 mam causam remissionis peccatorum, testatur coniu-  
 ctio, quoniam, dum dicitur, quoniam dilexit. fides  
 enim inchoatiue, charitas autem completiue est causa  
 remissionis peccatorū. Petrus apostolus ait, Huic om- Act. 10.  
 nes prophete testimoniu perhibent remissionem pec-  
 catorum accipere omnes qui credunt in nomine eius.  
 Et, Charitas operit multitudinem peccatorum. Ioan- i. Pet. 4.  
 nes similiter apostolus. Omnis qui credit quod I E- i. Ioa. 5.  
 SVS est CHRISTVS, ex Deo natus est. Et, Nos i. Ioa. 3.  
 scimus quod trāslati sumus de morte ad uitam, quo-  
 niā diligimus fratres. Qui non diligit, manet in mor-  
 te. Nec obstat si dicatur quod ad literam Ioannes lo-  
 quitur de dilectione proximi, quoniam perspicuum  
 est unam atq; eandem esse charitatem qua diligimus  
 Deum propter seipsum, & proximum propter Deū. i. Ioa. 4.  
 Et de tali duntaxat fratrum dilectione uerificatur Rom. 5.  
 translatio de morte ad uitam. Paulus demum aposto-  
 lus, ait, Iustificati ex fide pacem habemus ad Deum.  
 Et, Si habuero omnem fidem ita ut montes transferā,  
 charitatem

Galat. 5, charitatem autem non habuero, nihil sum in esse sp̄i rituali quo constituimur filij Dei. Et, In CHRISTO IESV neq; circumcisio aliquid ualet, neq; præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Vbi clare non fidei qualicunq;, sed per dilectionem operanti attribuit ualere in CHRISTO. Perspicuum est igitur uerissimam esse communem ecclesiæ doctrinam quod non per fidem informem, sed per fidem formatam charitate fit remissio peccatorum, ita quod autoritates authenticæ sonantes iustificari nos per fidem, intelliguntur ad literam de fide formata amicitia diuina, quam uocamus charitatem,

Ad obiectionem autem in oppositum (ex eo quod fides distinguitur contra legem & dilectio comprehenditur sub lege) respondetur, quod legis nomen aliter sumitur à CHRISTO quum dicitur, quod hoc est primum & maximum mandatum in lege, & aliter sumitur, quum fides distinguitur ab Apostolo contra legem. Nam Christus utitur legis nomine ut comprehendit omnia mandata diuina scripta in libris Moyse, Apostolus autem utitur legis nomine artius ut distinguitur in præcepta moralia, cerimonialia, et iudicialia. Nec ego fingo hanc distinctionem, sed ex scriptura ipsa sacra sic habeo, ut etiam aduersarios oporteat ei assentire. Quod enim CHRISTVS utatur sic large legis nomine, ex eo cõuincitur quod in eodem textu, unde citatur præceptum de dilectione Dei,

ne Dei,

DE FIDE ET OPERIB. 13.

ne Dei, immediate ante ponitur præceptum fidei, dicendo. Audi Israel iehouah elohé noster, iehouah unus. sub eodem ergo contextu legis ponuntur præceptum fidei, ut credatur Deus unus duntaxat, & præceptum dilectionis eiusdem Dei, ut intelligamus quod non magis sub lege clauditur præceptum charitatis, quam præceptum fidei, loquendo de lege largo uocabulo, ut hinc etiam clare pateat, quod quemadmodum fides distinguitur contra legem ab Apostolo, charitas quoque pariter distingui cointelligitur contra eandem legem. Loqui autem Apostolum de lege, seclusis ijs quæ sunt fidei & charitatis, patet ex eo quod appellat eam legem factorum, & dicit eam seruari naturaliter ab ethnicis. Ait enim, Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt. certum est enim quod non faciunt naturaliter ea quæ charitatis sunt. Æquiuoce igitur utitur obiectio hec legis nomine, & propterea nihil ualet. Dilectio enim Dei non clauditur sub lege factorum contra quam distinguitur fides, sed sub eadem lege sub qua clauditur fides, ut patet Deut. VI. ubi simul dantur præcepta fidei & dilectionis Dei. Ad alia autem à Lutheranis obiecta, patet ex dictis responsio. Et hæc de fide sufficiant.

Deut. 6.

Rom. 2.

POSITI

POSITIO LVTHERANO-  
rum de operibus.

## CAPVT

## V.

**D**Ocent Lutherani opera nostra non esse me-  
ritoria gratiæ nec uitæ æternæ, nec esse satis-  
factoria pro peccatis, eo quod sufficientissime CHRIS-  
TUS meruit nobis & gratiam remissionis pecca-  
torum, & uitam æternam, & sufficientissime satisfe-  
cit pro omnibus, & proinde nefas esse attribüere o-  
peribus nostris esse meritoria gratiæ, seu remissionis  
peccatorum, aut uitæ æternæ, & esse satisfactoria  
pro peccatis nostris. Nam hoc redundat in oppro-  
brium CHRISTI, quandoquidem quod est pro-  
prium CHRISTI, attribüere nobis, blasphemia  
est & detraheretur merito ac satisfactioni CHRIS-  
TI, utpote insufficientibus, si opus esset, meritis &  
satisfactionibus nostris.

Fulciuntur autem hæc multis sacre scripturæ au-  
toritatibus. Et in primis quod non mere mur per no-  
stra opera remissionem peccatorum, probatur ex eo  
quod Paulus ad Rom. & ad Gal. probat nos iusti-  
ficari non ex operibus, sed ex fide, iuxta illud Abac.  
Cap. 3. Iustus ex fide uiuet. Et ad Titum scribit. Non ex o-  
peribus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam  
Eph. 2. misericordiam saluos nos fecit. Et, Gratiæ saluati es-  
tis per fidem, idq; non ex uobis, Dei donum est, non  
ex operi

DE FIDE ET OP. IB. 17.

Ex operibus, ne quis gloriatur. Quod uero per opera non remereamur uitam eternam, sed per Dei donum, scribitur, Stipendia peccati mors, donum autē Dei uita eterna. Ad idem quoq; & ad probandū simul quod opera nostra quantumcunq; iusti simus, non sint satisfactoria pro peccatis, afferitur illud. Quum feceritis omnia que praecepero uobis, dicite quod debuimus, fecimus, serui inutiles sumus. Si enim facientes omnia praecepta CHRISTI sunt serui inutiles, ergo non merentur mercedem, ergo qui multo magis qui non seruauerunt omnia praecepta, sed egent satisfactione pro peccatis, sunt inutiles ad satisfaciendum. Autoritates autem quibus manifestatur sufficientia meriti & satisfactionis CHRISTI pro nobis, omittendas duxi quia de hoc nulla est quaestio. Docent igitur Lutherani opera bona esse facienda, quia sunt praecepta à Deo. quia sunt fructus fidei iustificantis, & non ut sint meritoria eterna uitae, aut satisfactoria pro peccatis.

Rom. 6.

Luc. 17.

QVOD, ET QVOMODO INTEL-  
ligatur meritum in proposito.

CAPVT VI.

**A**ntequam declaretur opera nostra esse meritoria uel non esse, prae libandum est summarie quid meritum significet, & qualiter à Theologis intelligatur in operibus nostris in proposito. Meritū

**B** appellatur

appellatur uoluntarium opus, siue internū, siue ex-  
 ternum, cui iure debetur merces seu primum, dicē-  
 te Apostolo, *Rom. 4.* Ei qui operatur, merces non imputatur  
 secundum gratiam, sed secundum debitum. Et pro-  
 pterea ad meritum concurrunt quatuor, uidelicet,  
 persona quæ meretur, & operatio uoluntaria quæ  
 est ipsum meritum, & merces debita merito, & per-  
 sona reddens mercedem, frustra enim quis merere-  
 tur nisi mereretur ab aliqua persona reddendam sibi  
 mercedem. Et quoniam de nostro merito apud Deum  
 est quæstio, oportet declare quomodo uerificatur,  
 homines mereri à Deo mercedem sui operis. Difficile  
 enim apparet quod operi nostro iure reddatur mer-  
 ces à Deo, quoniam inter nos & Deum non est ius  
*Psal. 142.* simpliciter & absolute, iuxta illud, Non intres in iu-  
 dicium cum seruo tuo Domine, sed est ius secundum  
 quid, multo minus quam ius filij ad patrem, & ser-  
 ui ad Dominum, quanto minores sumus nos relati ad  
 Deum, homine seruo relato ad hominem dominum e-  
 ius, & filio relato ad carnalem patrem qui genuit eū  
*Cap. 6.* Et propterea, si, pro quia, ut scribitur in 5. Ethic.  
 inter seruum & dominum, inter patrem & filium  
 non est ius simpliciter & absolute, sed ius secundum  
 quid, multo minus est ius inter nos & Deum. Ex hoc  
 nanq; quod quicquid est, seruus est domini sui, &  
 filius non potest æquiualens reddere patri, negatur  
 inter dominum & seruum, inter patrem & filium  
 ius sim-

ius simpliciter & absolute. multo autem magis quicquid est homo est Dei, & multo minus potest homo Deo reddere æquiualeus. Non potest igitur homo mereri aliquid à Deo, sic quod iure debeatur homini, nisi iure tam attenuato ut sit longe minus quam ius domini ad seruum, & filij ad patrem. Nec hoc tam attenuatum ius inuenitur inter hominem & Deum absolute (quoniam absolute loquendo omnis bona operatio uoluntaria hominis debetur Deo, & quanto potioribus & pluribus bonis operibus internis uel externis pollet homo, tanto plus Deo debet, quia ipse Deus operatur in nobis & uelle, & perficere, et omnia opera nostra) sed hoc attenuatum ius est inter hominem & Deum ex diuina ordinatione qua Deus ordinauit opera nostra ad hoc ut sint meritoria à Deo. Quod probatur ex eo, quod quando homo meretur aliquid à Deo, Deus non fit, nec est debitor homini, sed sibi ipsi Deo. Si enim hoc attenuatum ius esset inter hominem absolute & Deum, Deus deberet homini mercedem quam meruit. sed perspicuum est Deum nulli debere, dicente Paulo, Quis ante dedit illi, & retribuetur ei? Sibi ergo ipsi duntaxat Deus debet, ut adimpleat uoluntatem suam qua contulit humano operi esse meritorium, reddendo homini mercedem operis. Et hæc sunt uera & indubitata simpliciter & absolute loquendo, secus autem est præsupposita conuentione facta inter Deum & hominem



de aliquo. Nam quemadmodum inter homines, si dominus pactum aliquod cum seruo suo facit, nascitur inde ius inter seruum & dominum, ita si Deus dignatur pactum facere cum homine, nascitur ius inter hominem & Deum quo ad illud de quo pactum est. Sæpe enim legimus in ueteri testamento Deum dignatū esse pacisci cum hominibus. Scribitur enim pactum Dei de non futuro amplius uniuersali diluuiō, & fœdus iniit Deus cum Abraham, de terra Chanāā danda semini eius. Et Gen. XVII. fœdus circumcisionis scribitur. Et Exodi XXIII. Moyses dicit Hic est sanguis fœderis &c. In Hieremia quoq; de fœdere nouæ legis ac ueteris Deus manifeste loquitur. In nouo testamento saluator noster manifestat Deum sub specie patrisfamiliās conducentis operarios ad uineā, conuenisse cum operarijs de mercede diurna. Conuentione, inquit, facta de denario diurno, misit illos in uineam. Et rursus, Non-ne pacto conuenisti mecum? Ex his enim manifestum fit, quod ratio meriti etiam iure potest inueniri in operibus nostris relatis ad præmium de quo conuentio facta cum Deo. Verumtamē scito, quod quātumcunq; interueniat pactum de præmio inter Deum & hominem, nunquam tamen Deus fit aut est debitor nobis, sed fit & est debitor sibi ipsi. ita quod præsupposita conuentione, debetur quidem operibus nostris præmium de quo conuentio facta est sed Deus non propterea fit illius præmij debitor nobis, sed

bis, sed uoluntati suæ priori qua dignatus est pacisci nobiscum. Et propterea uerissimè profitemur. quòd Deus nulli debet, nisi sibi ipsi. Duplex itaq; ratio meriti potest inueniri in operibus nostris relatiue ad Deum, uel secundum ius attenuatum, uel secundum ius fœderis, & nunquam Deus debet nobis. Et hæc sint prælibata, ut intelligant omnes uoces proprias quum loquuntur de meritis nostris apud Deum.

HVMANA OPERA ESSE MERITORIA alicuius à Deo,

CAPVT VII.

**R**euelauit nobis Deus in sacris literis humana opera mereri apud eum aliquid. Et ne occupemur in exponendis singulis sacre scripturae locis de hoc, scito quòd ubicunq; promittit Deus homini mercedem, ibidem cointelligitur meritum: eo quòd merces & meritum correlatiua sunt. Meritum enim est mercedis meritum, & merces est meriti merces. Et propterea absq; alia declaratione quàm leges in sacra scriptura Deum promittere mercedem homini, cointelligit meritum hominis, respectu illius mercedis à Deo reddendæ. Perspicuum est autem in utroq; testamto promittere Deum mercedem homini. Nam dicit Deus ad Abraham. Ego merces tua multa nalde. Et, Ecce Dominus ueniet, Ecce merces eius cum eo. Et, Fili hominis Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit

Meritum et merces, in sacris qd sunt.

Gene. 15.  
Esai. 40.  
Ezech. 28.

exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum, et merces non est reddita ei &c. & subiungit Deus, & erit merces exercitui eius terra Ægypti. Mat. quoq; XX. dicit Deus: Voca operarios, & redde illis mercedem. Apoc. quoq; XXII. dicit Deus: Ecce uenio cito, & merces mea mecum est, ut reddam unicuiq; secundum opera illius. Ex his enim clare patet non solum opera sanctorum esse meritoria alicuius boni à Deo, sed etiam opera iniquorum, imò & ethnicorū. Rex enim Babylonis & exercitus eius, ethnici erant, nec ex intentione seruiendi Deo obsederant Tyrum, & tamen testatur Deus meruisse mercedem, & discernere quod Ægyptum dabit illis in mercedem. ut intelligamus tam benignam esse bonitatem diuinam, ut etiam ordinando humana bella in suis ipsius Dei seruitutem, gaudeat se conferre actionibus, quamuis iniquis, quod sint meritoria ab ipso Deo alicuius boni. Hinc enim documētum magnum habemus, quod multo propensior est Deus ad conferendum bonis actionibus hominum quod sint meritoria alicuius mercedis à Deo.

### OPERA VIVORVM CHRISTI

membrorum esse meritoria  
uitæ eterne.

CVPVT

VIII.

**C**oncedunt multi humana opera esse meritoria apud Deum aliquorum bonorum, sed non

uitæ æternæ: & propterea monstrandum superest in  
 specie quod opera uiuorum CHRISTI membro-  
 rum sunt meritoria æternæ uitæ. Saluator noster = Math. 5.  
 pud Math. Gaudete, inquit, & exultate, quia mer-  
 ces uestra multa est in cœlis. Perspicuū est enim quod  
 in mercede cœlesti eorum qui patiuntur propter  
 CHRISTVM, primum tenet locum beatitudo,  
 quæ uocatur uita æterna. Math. quoq; XX. descri-  
 bendo mercedem datam operarijs, dicitur quod acce-  
 perunt denarium. Perspicuum est autem quod cōmu-  
 nis merces omnibus operarijs in uinea Domini, est ui-  
 ta æterna. Paulus quoq; ad Timotheum scribit. Bonū 2. Tim. 4.  
 certamen certavi, cursum consumaui, fidem seruaui,  
 in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam  
 reddet mihi Dominus iustus iudex Perspicuum est e-  
 nim quod corona Pauli per se primo claudit beatitu-  
 dinem, & nisi merces esset debita præmissis operibus,  
 nequaquam uerificaretur quod quatenus iustus iu-  
 dex Dominus reddet illi coronam: manifeste enim ui-  
 tam æternā sibi iure deberi propter relata opera do-  
 cet! Idem quoq; manifestat Dominus, describendo  
 quod cum iudicabit mundum, propter opera miseri-  
 cordiæ dabit uitam æternam. Esuriui enim & dedi-  
 stis mihi manducare &c. concluditur enim, & ibūt  
 hi in supplicium æternum, iusti uero in uitam æter-  
 nam. Quod enim à iudice datur ex diuersitate operū  
 secundum quod opera merentur, datur; alioquin af-  
 ferret non

Mat. 25.

feret non causam pro causa. Ex his enim manifestum est nonnullorum hominum opera meritoria esse eterne uitae secundum sacras scripturas. Et quod plus est, ex Mat. XX. habetur, operarios mereri illam ex cōuentione. Nam Origenes, Hieronymus, Augustinus, Gregorius & Chrysostomus, denarium omnibus datum, exponunt beatitudinem communem beatis.

MODVS QVO OPERA NOSTRA

meritoria sunt eterne uitae.

CAPVT IX.

**T**heologi Radunt opera nostra esse meritoria eterne uitae, eo quod à charitate, à gratia gratum faciente, à spiritu sancto habitante in nobis procedunt: & docent quod quamuis opera humana quatenus procedunt ex libero arbitrio non sint meritoria eterne uitae ( nisi ex quadam congruitate, qua congruit homini recte utenti libero arbitrio in ijs quae Dei sunt, Deum largiri secundum affluentiam suae gratiae ) quatenus tamen sunt à spiritu sancto habitante in homine per gratiam & charitatem, sunt meritoria eterne uitae. Tum quia gratia seu charitas est tanquam semen Dei: cuius uis se extendit ad producendum fructum: ita quod quemadmodum actioni seminis debetur naturali iure fructus, ita diuinae gratiae in anima actionibus debetur fructus eterne uitae. Tum quia diuina gratia, ut Dominus dicit Ioannis XIII. fit in homine

in homine habente illam fons aquæ salientis in uitam æternam, ubi clare patet efficacia gratiæ in nobis ad ascendendum in uitam æternam. Et diceudo quod gratia data fit in homine fons aquæ ascendentis in uitam æternam, docet quod mediante operatione ascendit in uitam æternam, nam quod fit in me post acceptam gratiam, me cooperante fit. Tū præcipue quia uis spiritus sancti habitantis in homine non est impar ad acquirendam æternam uitam, ad efficiendum quod operibus eius in nobis debeat æterna uita. Clarior autem ac persuasibilior modus huiusmodi meriti est aperiendo quod meritum uitæ æternæ non est tã actio nôstra quam actio CHRISTI capitis in nobis & per nos. Supponendum est enim cum Apосто= Rom. 12. lo, Homines in gratia constitutos, esse CHRISTI Ephes. 4. capitis membra uina. Ita p̄uod CHRISTVS ca= Colos. 2. put cum hominibus uiuis eius mēbris, non ē sicut unū corpus politicum ( quale est corpus ciuium Reipub. bene gubernatæ ) sed constituit unam corpus, quem admodum est unum corpus naturale, quia CHRISTUS caput spiritu suo uiuificat membra sua, & per iuncturas ac nexus spirituales unit membra corporis, ut clare patet ex uerbis Pauli. Huic autem præsupposito adiunge quod etiam sacra scriptura tradit, uidelicet, & passiones, & actiones uiuorum CHRISTI membrorum, esse passiones, & actiones Christi capitis. Et de passionibus quidem testatur ipse Christus:

Act. 9. Saule, Saule, quid me persequeris? cum tamen ille per-

Gal. 4. sequeretur membra eius. Et Paulus reuocat ad memo-  
riam Galatarum, quod Christus crucifixus fuit in eis  
proculdubio in cruciatibus eorum pro CHRISTO

2. Cor. 13. perpeffis. De actionibus uero testatur Paulus scribens:

Gal. 2. An experimentum queritis eius qui in me loquitur

CHRISTVS? & uniuersaliter dicit: Viuo ego,  
iam non ego, uiuit autem in me CHRISTVS. Ex

quibus habetur quod uerissime dicere possum. mereor  
ego, iam non ego, meretur autem in me Christus.

Ieiuno ego, iam non ego, ieiunat autem in me Chri-

stus. Et sic de alijs operationibus uoluntarijs, quas

CHRISTI membra uiua exercent propter Deum

Et isto modo meritum aeternae uitae non tam attribuitur

operibus nostris quam operibus CHRISTI ca-

pitur in nobis & per nos. Ita quod hinc discernitur

inter meritum aeternae uitae in infantibus baptizatis, et

in adultis proficientibus in gratia Dei. Num infanti-

bus baptizatis debetur aeterna uita merito duntaxat

CHRISTI, illo quod meruit CHRISTVS in

hac uita mortali degens, patiens, & moriens: adul-

tis autem proficientibus in gratia debetur aeterna ui-

ta dupliciter. Primo, ex iure meriti CHRISTI

quod in propria persona meruit: postea, ex iure me-

riti CHRISTI quod Christus caput in adulto &

per adultum operando meretur. Conuenit autem di-

uinae liberalitati ut utroq; modo communicet meritum

aeternae uitae

æternæ uitæ adultis Dei filijs. Nam ut dicitur, præ-  
 diffiniuit eos conformes imagini filij sui. Conformi-  
 ores autem sunt CHRISTO, habentes meritum ui-  
 tæ æternæ utroq; modo quàm primo tantum. Nam  
 ipsi CHRISTO duplici iure debita fuit sua glori-  
 a. Primo, iure gratiæ unionis personalis qua uer-  
 bum caro factum est. & hoc ius conuenit CHRI-  
 STO sine eius merito. Deinde, eadem gloria debita  
 fuit CHRISTO per meritum obedientiæ eius usq;  
 ad mortem: dicente Paulo, Factus obediens usq; ad  
 mortem, mortem autem crucis, propter quod & De-  
 us exaltauit illum &c. CHRISTO igitur dupli-  
 ci iure habenti gloriam, conformiores reddimur: du-  
 plici quoq; iure acquirentes & nos uitam æternam:  
 uidelicet & sine nostro merito per CHRISTI in  
 propria persona meritum, & cum nostro merito per  
 CHRISTI capitis in nobis & per nos meritum. Et  
 quemadmodum ad CHRISTI excellentiam perti-  
 net quòd etiam proprio merito acquisierit immorta-  
 lem corporis uitam & gloriam sui nominis &c. ita  
 ad dignitatem membri CHRISTI pertinet ut coo-  
 peretur capiti suo ad acquirendam æternam uitam,  
 Omnium enim diuinissimum est, inquit Diony. cap. 3.  
 cœle. hier. Dei cooperatorem fieri. Et hinc quoq; ha-  
 bes non esse superfluum nostrum mereri uitam æter-  
 nam: quoniam est reddere uitam æternam esse nobis  
 debitam alio modo seu altero iure, quemadmodum

Phili. 2.



CHRISTVS meruit suam exaltationem reddendo sibi eam altero iure debitam. Ad obiecta autem in op positum postea respondebitur.

VALOR OPERVM EXISTENTIUM  
in peccato mortali.

CAPVT X.

**Q**uanuis conueniamus in hoc quod opera existentium in peccato mortali non sunt meritoria aeternae uitae, nec sunt meritoria remissionis peccatorum, multum tamen esse utilia homini subiecto peccato mortali bona opera eorum ad remissionem peccatorum consequendam, sacra tradit scriptura. Nam & si non habent uim meritoriam remissionis peccatorum, habent tamen uim impetrandi remissionem peccatorum, ita quod per modum supplicationis multum ualent ad consequendam remissionem peccatorum à diuina largitate. Et quidem quod oratio multum utilis sit ad remissionem peccatorum consequendam, testatur Saluator, inducens publicanum orantem, Deus propitius esto mihi peccatori, sic enim consequutus est ueniam. De ieiunio uero testatur Iohel in persona Dei: Conuertimini, inquit, ad me in toto corde uestro, in ieiunio, fletu, & planctu. ibi enim subiungitur: Quis scit si conuertatur Dominus & ignoscat? De elemosyna quoque testatur Daniel, consulens Nabuchodonosor regi, Peccata tua elemo  
finis re.

Luce. 18.

Iohel. 2.

Cap. 4.

Hebr. 13.

synis redime. & Paulus: Beneficentia, inquit, & cō-  
munionis ne obliuiscamini: talibus enim hostijs conciliatur Deus. Et idem est iudicium de peregrinationibus, afflictionibus, continentijs, & id genus reliquis.

Supra hanc autem uim supplicem, tradit sacra scriptura maiorem quandam uim impetrandi in obseruatione uniuersorum mandatorum Dei. Ezechiel enim docet quòd conuersio impij ad facienda mandata legis terminatur ad remissionem peccatorum: dum dicitur, Et dixistis, Non est æqua uia domini. Audite ergo domus Israël: Nunquid uia mea nõ ã æqua? non ne uie uestre non sunt æquæ? Quum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in ea, in iniquitate quam operatus est morietur: & cum auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam uiuificabit. Considerans enim & auertēs se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, uita uiuet & non morietur. Quæ uerba testantur quòd in hoc consistit iuarum Dei æquitas, ut sicut iusti auersio à iustitia ad opera iniqua terminatur ad mortem animæ, ita impij conuersio ad opera bona terminatur ad animæ uitam. Reuelatur enim propheta quòd tam accepta est Deo conuersio peccatoris quò ad opera (hoc est ab operibus malis ad opera bona propter Deum) ut Deus non recordetur omnium iniquitatum præteritarum, quod est dare

Ezech. 18.

remissionem peccatorum & uitam gratia. Ampliorem quoq; impetrandi uim in huiusmodi operibus hominum subiectorum peccatis reuelauit Deus Esaie:

Cap. I. Lauamini, inquit, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam, & arguemus nos, dicit Dominus. si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint rubra tanquam uermiculus, uelut lana alba erunt. Ex quibus discimus, tantam esse Dei largitatē, ut à sordibus conuersis ad iustitiæ & misericordiæ opera, seipsum obtulerit ad arguendum Deus, si nō remittat peccata præterita. Ex diuinis ergo reuelationibus habemus quod bona impiorum opera non solum sunt utilia ad remissionem peccatorū, sed quod quum ex corde redeunte ad Deum prodeunt, ita commitem habent diuinam benignitatem, ut & terminentur ad remissionem peccatorum & tanquam ex conuentione impetrent illam. Vere benignissim⁹ erga nos est Deus, prouidendo, ut quam in statu peccati mereri non possumus remissionem peccatorum, impetrare oratione, ieiunio, eleemosynis, alijsq; bonis operibus ualeamus: in hoc enim immensa charitas diuina erga peccatorum salutem commendatur, ut etiam nostris, quamuis impiorum bonis operibus, uim impetratoriam remissionis peccatorum largiri dignata sit

Et pro

Et præter hæc, ut ex uerbis Ezechielis monstratum est, sunt meritoria alicuius temporalis boni à Deo. Ex quibus patet inducendos esse peccatores ad bona opera: quia uere utilia sunt ad remissionem peccatorum impetrandam & assequendam, quum deuota mente fiunt.

## OPERA NOSTRA ESSE

satisfactoria pro peccatis,

## CAPVT

## XI.

**Q**uia Lutherani satisfactionem auferunt ab operibus nostris, superest declarandum quod ecclesia de hoc sentiat. Distinguendum in primis est, tum de statu in quo fiant opera, an in statu peccati mortalis, an in statu gratiæ: & rursus de satisfacere pro peccatis, uel quo ad culpam, uel quo ad penam. Dicimus itaq; primo, quod nulla nostra opera sunt satisfactoria pro peccatis nostris quo ad culpam, quia nec facta in statu peccati mortalis faciunt Deo satis pro offensa, ut patet, et facta in statu gratiæ præsupponunt culpam seu offensam abolitam ex diuina gratia, ex satisfactione CHRISTI qui fecit Deo satis pro offensis quibus offendimus Deum, offerendo deo uitam propriam in ara crucis. Dicimus secundo, quod nulla opera nostra in statu peccati mortalis sunt satisfactoria Deo pro pœna debita peccatis nostris, quamuis prius abolitis in sacramento pœnitentiæ. Et  
ratio

ratio in promptu est, quia quū remittitur à Deo peccatum quo ad offensam, fit peccator de inimico amicus Dei, & consequenter non remanet puniendus hostiliter (quod esset puniri pœna inferni) sed si non tam copiosum diuinæ gratiæ donum collatum tunc est, ut cum remissione culpæ remissa sit tota pœna, remanet obligatus ad amicabiliter soluendum residuum pœnæ. & propterea si in reciduum lapsus est, & iterum factus est inimicus Dei antequam illud residuum pœnæ solueret, opera eius quia sunt opera in statu hostili, non possunt amicabiliter exoluere, quod est non posse satisfacere pro illa pœna. Dicimus tertio, quod opera perseuerantis in amicitia Dei, nullum habent impedimentum ad hoc quod sint satisfactoria pro illo residuo pœnæ. Et in hoc errant Lutherani dupliciter. Primo, docendo quod quum remittitur peccatum quo ad offensam, remittitur quoque quo ad pœnam omnem, ita quod non remanet obligatus ad pœnam consequutus peccati ueniam à Deo. Hoc enim manifeste contrariatur sacræ scripturæ, doceti quod

2. Reg. 12 quamuis Dauid consequutus fuerit remissionem peccatorum, dicendo, Peccaui Domino, non tamen consequutus est remissionem totius pœnæ, sed remansit obligatus ad pœnas multas, ut scriptura testatur.

Deinde errant, quod tollunt ab operibus uiuorum CHRISTI membrorum satisfactoriam pro pœna non remissa. Hoc enim contrariatur efficacitæ CHRI

DE FIDE ET OPERIB. 31.

STI capit in nobis, nam satisfacio ego, iam non ego, satisfacit autem in me CHRISTVS. Contrariatur & ecclesie catholice usui quo consuevit salutare satisfactiones imponere per ministerium sacerdotum uere poenitentibus & confessis.

RESPONSIO AD OBJECTIONES  
in capita quinque scriptas.

CAPVT

XII.

Superest obiecta diluere. Prima autem obiectio fuit sumpta ex sufficientia meriti & satisfactionis CHRISTI. Respondemus, meritum CHRISTI fuisse sufficientissimum & satisfactionem eius sufficientissimam pro peccatis non solum nostris, sed totius mundi, originali, mortalibus, & uenialibus, iuxta doctrinam 1. Ioan. 2. & propterea non ex insufficientia meriti aut satisfactionis CHRISTI opera uiuorum CHRISTI membrorum meritoria ac satisfactoria apponuntur: sed ex affluentia meriti CHRISTI communicatur membris eius uiuis, ut illorum quoque opera sint meritoria & satisfactoria. Maior enim gratia CHRISTI nobis confertur communicando nobis quod ipse caput nostrum in nobis & per nos tanquam membra sua mereatur & satisfaciat, quam si meritum duntaxat Christi in propria

D persona par

persona participaremus. Quum autem obijcitur,  
 id quod est proprium CHRISTO non esse nobis at-  
 tribuendum, Respondemus, quod non est nobis attri-  
 buendum eo modo quo est proprium CHRISTO,  
 potest tamen nobis alio modo attribui, uidelicet per  
 communicationem: sicut quod est proprium Deo,  
 nulli est attribuendum eo modo quo est proprium Deo:  
 potest tamen per communicationem ab alijs partici-  
 pari. Verbi gratia, Videre diuinam essentiam est pro-  
 prium Deo (nulla siquidem creatura potest uidere  
 Deum sicuti est, sed solus suapte uatura uidet seipsū)  
 potest tamen ex gratia communicari uidere Deum  
 participatiue: & sic comunicatur beatis omnibus. Sic  
 in proposito mereri uitam æternam, est proprium  
 CHRISTO, intelligendo mereri ex proprijs uiri-  
 bus: quod tamen potest communicari membris eius ui-  
 uis, non ut mereantur ex proprijs uiribus, sed ut me-  
 reantur ex uirtute capitis CHRISTI. Et similiter  
 intellige de satisfactione. De merito autem remissi-  
 onis peccatorum non oportet respondere: quia iã di-  
 ximus hoc non communicari uiuis CHRISTI mē-  
 bris, eo quod opera eorum presupponunt remissa  
 fuisse eis peccata: nullus autem meretur id quod præ-  
 habet, sed omne meritum est rei non habite. Et hæc ē  
 ratio quare Christus comunicat membris suis me-  
 reri augmentum gratiæ, & cœlestem beatitudinem,  
 & non comunicat eis mereri remissionem peccato-  
 rum, quia

rum, quia uidelicet beatitudine eterna carent membra Christi in hac uita, remissionem autem peccatorum iam habuerunt in hoc ipso quod fuerunt facta membra Christi, nullus autem meretur quod habet, sed quod sperat. Ex quibus clare apparet quod nihil detrahatur merito aut satisfactioni Christi, per merita & satisfactiones nostras, sed extenditur gratia meriti & satisfactionis Christi per seipsummet ad ipsummet Christum, ut caput operantem in membris suis, & per membra sua. Ad auctoritates uniuersas sonantes quod non meremur per nostra opera remissionem peccatorum, non oportet respondere, quia in hac conclusionem omnes conuenimus. Ad auctoritates uero inductas ad probandum quod non meremur uitam eternam per opera nostra, respondendum est. Et ad illud quidem quod assertur ex Apostolo, Donum Dei uita eterna, respondetur, quod utiq; nos hoc dicimus Rom. 6. & docemus, quoniam donum Dei gratia gratum facientis est, tum nos esse membra Christi, tum ex uirtute Christi capitis in nobis mereri uitam eternam. Non enim dicimus quod ex operibus nostris quatenus a nobis sunt, sed quatenus a Christo in nobis & per nos sunt, meremur uitam eternam. Ad id uero quod obijcitur ex documento Christi, Dicite, serui inuites sumus, cum eadem distinctione respondetur, quod nos quatenus omnia Christi precepta impleamus, quatenus implemus ea ex nostro libero arbitrio, inuenimur



uenimur serui inutiles ad ea quæ sunt domus patris  
 cœlestis, inuenimur in utiles ad ea quæ sunt politiæ no-  
 stræ quæ in cœlis est, quælia sunt remissio peccatorum,  
 gratia spiritus sancti, charitas, & cætera propria  
 filijs Dei. Et in promptu ratio est, quia nos quatenus  
 à nobis operantes, sumus tam infimi ut non possumus  
 ascendere ad conferendum aliquid supremo ordini  
 priorum bonorum filiorum Dei. Cum qua tamē  
 ueritate stat quod nosmet quatenus ex Christo in no-  
 bis capite sumus operantes, ut illius membra uiua,  
 multum conferre possumus per nostra opera politiæ  
 cœlesti & paternæ domui, quia ut sic sumus eleuati  
 in ordinem filiorum Dei, nec ut sic sumus inutiles, sed  
 membra utilia paternæ domui & cœlesti politiæ. Et  
 si ex hoc Christi documento argumentum fiat contra  
 utilitatem iustorum operum in statu peccati mortalis  
 ad impetrandam remissionem peccatorum iuxta scri-  
 pta superius in cap. X. si, inquam, fiat argumentum  
 ad inferendum quod bona opera non sunt utilia ad  
 impetrandum remissionem peccatorum. Responden-  
 dum est, quod orationes, ieiunia, elemosynæ, & a-  
 lia iusta opera impiorum quatenus ab ipsis proce-  
 dunt, non sunt utilia ad remissionem peccatorum im-  
 petrandam, sed quatenus afflata diuina benignitate  
 ordinante ea, ad impetrandam remissionem peccato-  
 rum, sunt ualde utilia ad impetrandum illam. Pro-  
 pter hoc enim apud Ezechielem appellantur uia Dei,

DE FIDE ET OPERIB. 37.

Et non uie nostræ. Prouidit siquidem diuina bonitas, ut multa impetremus, quæ nunquam meruimus, dedit diuina bonitas ( ut Christus, Esaias, Ezechiel, & Apostolus ad Hebr. testatur ) bonis operibus redeuntium ad Deum, uim impetratoriam remissionis peccatorum à diuina misericordia per Christi meritum. Et ex hac parte ieiunia, orationes, eleemosynæ, & reliqua iusta opera peccatorum utilia sunt non ad merendum, non ad satisfaciendum, sed ad impetrandum remissionem peccatorum. Et hæc puto sufficere ad intelligendum materiam hanc quæ in questionem uertitur de fide & operibus: ad Dei omnipotentis gloriam & piorum consolationem.



## THOMÆ DE VIO

CAIETANI, CARDINALIS

SANCTI XYSTI, In quatuor

*Lutheranorum errores,*

## PROEMIVM.

**P**ertinax Lutheranorum animus prætextu con-  
 scientiæ, Clemens septime Pontifex Maxime,  
 erga communionem populi sub utraq; Eucharistiæ  
 speciæ, confessionemq; non omnium peccatorum, ac  
 negatam satisfactionem, necnon inuocationem san-  
 ctorum, inuitat me ad scribendum de his, non abso-  
 lute, sed quatenus pendent ex sacra scriptura, quo-  
 niam ipsi solius sacre scripturæ autoritatem suscipi-  
 unt, & profitentur se illi inniti. Et quamuis pertinacibus non proderunt nostra hæc, speramus tamen u-  
 tilia fore, tum ad retrahendum alios, ne illos imitentur,  
 tum ad consolandum fidelium mentes. Videre enim in sacra scriptura falsitatem eorum quæ heretici  
 iactantes se professores sacri euangelij docent,  
 non paruum solatium fidelibus confert. Et quam-  
 uis hæc pro ecclesia catholica scripserim, ad  
 tribunal tamen Beatitudinis tuæ non  
 minus hæc quam reliqua mea  
 omnia referro.

# DE COM- MUNIONE SVB utraq; specie.



**L**V THERANIS non sat est, i-  
psos communicare sub utraq; spe-  
cie, sed nequeunt flecti ad dicendū  
licitam esse communionem sub alte-  
ra tantum specie, quia tum ex usus

Christi, tum ex præcepto eiusdem communicandum  
est sub utraq; specie. Proinde opus est discutere secū-  
dum scripturas sacras utrumq;, ut uidelicet manifeste  
mus nec ex ui usus Christi, nec ex ai præceptorum e-  
ius. illicitum esse populo communicare sub altera tā-  
tum specie. hoc siquidem patefacto, clarum erit non  
teneri populū ex diuina lege ad communionem sub  
utraq; specie. Quia igitur saluator noster in ulti-  
ma coena instituens sacramentum Eucharistiæ usus ē  
hoc sacramento sub utraq; specie communicando apo-  
stolos ( ut euangeliste testantur ) hinc infertur quod  
sacerdos non nisi sub utraq; specie dari debet eucha-  
ristiam. Debet enim sacerdos dare eucharistiā quē-  
admodum dedit illam Christus, & similiter debemus  
omnes communicare quemadmodum communicave-  
runt apostoli. Nos autem facile manifestamus usū  
Christi &

Christi & apostolorum, non habere uim legis, quod simili modo distribuatur populo eucharistia. Nam si ille usus Christi uim legis haberet, non obligaremur ad quaedam in usu illius distributionis seruata, & ad quaedam non, sed ad omnia in illo usu seruata. Per-  
 spicuū autem est, nos non obligari ad omnia in illa distributione facta à Christo. Ergo nec tenemur di-  
 stribuendo eucharistiam seruare seruare hoc unum, uidelicet, dare sub utraq; specie. Quod enim non te-  
 neamur ad seruandum omnia, patet. Tum quia Chri-  
 stus fregit, fractamq; dedit speciem panis, ridiculū autem est dicere quod sacerdos teneatur dare hostiā fractam. Tum quia Christus distribuendo non immi-  
 sit in ora apostolorum eucharistiam sed dixit, Acci-  
 pite & comedite, ridiculum est autem dicere quod sacerdos tenetur non immittere eucharistiam in os cō-  
 municantis, sed dare in manum illius ut ipse se cōmu-  
 nicet, Tum quia Christus distribuit hoc sacramentum apostolis post cœnam, plus autem quam ridiculum est dicere quod teneamur communicare post cœnam, il-  
 licitumq; sit dare eucharistiam ieiūnis, Tum quia Christus dedit eucharistiam sub specie panis azymi, & tamen uniuersalis ecclesia fatetur non esse illicitū eucharistia uti, siue in azymo, siue in fermentato.  
 Ex his enim omnibus clare patet quod distributio eu-  
 charistie qua usus est Christus non habet uim legis, statuentis ut similiter fiat distributio à nobis. At si  
 quispiam

quispiam contenderit in hoc uno imitandam esse Christi distributionem, quod sub utraq; specie dedit eucharistiam, animaduertat Christū dedisse sub utraq; specie apostolis solis, & non dedisse septuaginta discipulis, nec multitudini eorum qui credebant in illū, ut uel ex hoc sat sit inferre ab exemplo Christi, ergo successoribus apostolorum danda est eucharistia sub utraq; specie. Non enim plus inferri potest ex Christi distributione. Non igitur inferri potest, ergo uni uersis Christianis danda est eucharistia sub utraq; specie. Patet itaq; quod ex usu Christi non potest inferri illicitam esse communionem populi sub altera tantum specie. Et multo minus inferri hoc potest ex usu ecclesie Corinthiorum cuius meminit Paulus in prima epistola ad Corinthios. usus enim unius particularis ecclesie non statuit legem ecclesijs alijs. Hæc de usu. Discutienda sunt deinceps præcepta Christi tam ante institutionem eucharistie, quam in ipsa institutione promulgata. Primum itaq; præceptū ex uerbis domini, olim assumptum est à Boemis. ait enim Christus, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Quid inquit, clarius? Eodem enim modo necessitatem communicandi sub utraq; specie promulgat, quo promulgauerat necessitatem baptismi. nam quemadmodum de baptismo dictum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire

Cap. 10.

Ioan. 6.

Ioan. 3.

E in regnum

- Ioan. 6. in regnū Dei, ita de eucharistia dicit, Nisi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis. Nos autem dicimus hæc Christi uerba non esse secundum genuinum sensū intelligenda de usu eucharistia, imo nec posse intelligi salua Christiana fide de cibo & potu sacramentali. Et hoc facile manifestatur, ex eo quod si intelligeretur de eucharistia, tolleretur baptismi sufficientia ad salutem, pari siquidem modo hæc necessitatem sonāt edendi carnem & bibendi sanguinē filij hominis quo sonant illa alia Domini uerba necessitatem nascendi ex aqua & spiritu. Et propterea manifeste sequitur quod si in istis uerbis indicitur necessitas sumendi eucharistiam, non sufficit baptismus ad salutem: sed ad hoc quod aliquis habeat uitam, oporteret & baptizari, & sumere eucharistiam. Cuius contrarium nō solum in simbolo fatemur, confitentes unum baptismum in remissionem peccatorum, sed Dominus in Euāgelio dicit. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et Paulus apostolus. Saluos, inquit, nos fecit per lauacrum regenerationis. Quia igitur idem est asserere uerba illa Christi, intelligi de cibo & potu sacramenti eucharistia, & negare baptismi sufficientiam ad salutem, clare patet uerba illa nec intelligi, nec intelligi posse de cibo & potu eucharistia: & propterea inde non habetur præceptum ad sumendam eucharistiam sub utraq; specie, discutere autem quis sit

quis sit germanus sensus illorum Christi uerborum, non est presentis negocij. Nam sat est præpositæ quæstioni nosse quod non loquitur ibi Dominus ad literã de sacramentali cibo & potu.

Supereft demum discutere præcepta Christi promulgata quando instituit eucharistiæ sacramentum. Vide euangelia omnia, & nullum inuenies in illis de eucharistia præceptum, nisi apud Lucam immediate post eucharistiam sub specie panis, Hoc facite in mei commemorationem. Apud tamen Paulum Luc. 22.  
I. Cor. II. apostolum duo præcepta leguntur data à Christo in institutione eucharistiæ. Alterum, immediate post eucharistiam sub specie panis, Hoc facite in mei commemorationem. Alterum, immediate post eucharistiam sub specie uini, uidelicet, Hoc facite quotiescunq; biberitis in mei commemorationem. Quæ præcepta si perspicatius fuerint considerata, nullum secum ferunt mandatum de communionem sub utraq; specie, ut patet discutiendo singula. Præceptum enim immediate post speciem panis tam apud Lucam, quàm apud Paulum manifeste refertur ad eucharistiam sub specie panis, ut ipse contextus testatur. Præceptum autem apud solum Paulum scriptum de imitatione Christi in eucharistia sub specie uini, limitatur manifestissime ad uices quibus bibimus in commemorationem Christi, ita quod non est præceptum absolute, sed est præceptum ex suppositione: uidelicet, si biberimus in



Christi memoriam, faciamus hoc quod fecit Christus. Non igitur præcipit ut bibamus in eius memoriam, sed præcipit ut quoties in eius memoriam biberimus, faciamus quod fecit ipse: hoc est, quoties utemini calice eucharistiæ, sacrificate hoc. Bibere namque manifeste significat usum calicis: & consequenter facere hoc distinctum contra bibere, significat consecrare hoc. Præcipitur enim ad literam ut associetur usus calicis sacrificio calicis. Et ex hoc ipso quod similem associationem non præcepit circa usum eucharistiæ sub specie panis, insinuauit, quod usus quidem calicis illicitus esset seorsum à sacrificio, usus uero sub specie panis licitus, ut ritus ecclesiæ seruat, non reseruando eucharistiam sub specie potus, sed duntaxat sub specie panis, & pro infirmis, & pro communicantibus extra missarum solennia.

At si quispiam contenderit quod hoc præceptum directe obligando sacerdotes consequenter obligat populum. Nam ex eo quod bibentibus in Christi memoriam præcipitur, hoc facite: manifeste sequitur quod sacerdotibus celebrantibus missas (quos constat bibere in Christi commemorationem) præcipitur, hoc facite: sed sub hoc facite, comprehenditur etiam dare alijs calicem: quia comprehendit omnia quæ Christus fecit circa calicem. Ergo ex hoc præcepto sacerdos tenetur quoties ipse bibit, dare alijs calicem: ac per hoc alij tenentur accipere & bibere.

bibere. Aduertat hoc argumento utens; imprimis ad textum literæ: quia contextui literæ non quadrat hic sensus. Nam in litera, hoc facite, distinguitur contra bibere: ac per hoc conficere sacramentum distinguitur contra usum sacramenti: ac per hoc non tam ample in hac litera extenditur hoc facite, sed ex ipso contextu restringitur ad demonstrandum ipsum sacramentum ut distinguitur contra usum sacramenti, eo ipso quod distinguitur contra usum calicis. Quæcumq; igitur spectant ad usum calicis, comprehenduntur hic sub bibere: & quæ spectant ad ipsum sacramentum, comprehenduntur sub facere hoc, secundum suauem contextus sensum. Perspicuum autem est, quod dare alijs calicem, spectat ad usum sacramenti, & non ad sacramentum ipsum. Non igitur comprehenditur in hac litera sub hoc facite, dare alijs calicem. Aduertat deinde quod Lutherani non constarent sibi ipsis dicendo sic, quia ex hoc argumento sequitur manifestè quod sacerdos celebrans tenetur dare calicem omnibus presentibus, si hoc facite, comprehendit etiam dare sacramentum ut Christus dedit nam Christus dedit omnibus presentibus. Constat autem Lutheranos hoc non seruare. Non igitur obligatur Christianus populus ad bibendum sacramentum eucharistiæ ex hoc Christi præcepto, secundum planum suauissimumq; literæ sensum. Et quia nullibi nisi in allatis locis habetur in sacra scriptura mandatum

aliquod de communione eucharistiæ manifestum est  
quod non tenetur Christianus populus ex præcepto  
in diuino iure scripto ad communionem sub utraq;  
specie. Voluntarie igitur, & non autoritate  
scripturæ, prædicatur illicitam esse communi-  
onem sub specie panis tantum. Et hoc  
sufficit aduersus Lutheranos, soliùs scilicet  
scripturæ autoritatem susci-  
pientes. Hæc de commu-  
nionem populi  
sub altera tantum specie.

49.

# DE INTE- GRITATE CONFES- sionis quo ad peccata omnia.



**C**ONFITERI PECCATA  
mortalia omnia quæ quis admisit,  
Lutherani non solum negant esse  
necessarium, sed affirmant repu-  
gnare sacre scripturæ, & esse im-

possibile: quia scriptum est, Delicta quis intelligit?

Psal. 18.

Nos autem dicimus haberi ex Euangelio confessionem  
peccatorum mortalium omnium, & non obstare Pro-  
phete sententiam allatam. Quod enim peccata om-  
nia confitenda sint in sacramentali confessione, ex  
ipsa forma ministrandi sacramentum pœnitentiæ tra-  
dita à Christo quando instituit hoc sacramentum,  
manifestatur. Ait enim Christus apostolis: Quorum

1044.20.

remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum reti-  
neritis, retenta sunt. In quibus uerbis datur à Chri-  
sto ministro sacramenti facultas duarum actionum:  
uidelicet remittendi uel retinendi peccata quorūcunq;  
Et ex hoc ipso quod ministro committitur facultas  
discernendi, an remittenda, an retinenda sint peccata  
cuiusq;

cuiusq; pœnitentis, manifeste sequitur quod oportet  
 ministrum (nisi cæcus ministrare uelit) nosse si in pœ-  
 nitete est aliquod peccatũ retinendũ, quod est nosse in  
 pœnitete est aliquid impediens remissionẽ. Nam omne  
 peccatum retinendum impedit remissionem cuiuscũq;  
 peccati hominis confitentis: quia non potest simul u-  
 num peccatum remitti & aliud retineri. Nam morta-  
 lia peccata quæcũq; unius hominis connexa esse tam  
 quo ad remissionem, quam quo ad retentionem, &  
 relatiue ad Deum, & relatiue ad Christi ministrum.  
 perspicuum est. Et relatiue quidein ad Deum, patet  
 ex eo quod ille cui remittitur à Deo peccatum, ami-  
 cus Dei constituitur: iuxta illud, Beatus uir cui non  
 imputauit Dominus peccatum. Ille autem cuius reti-  
 net Deus peccatum, & manet in peccato unico, inimi-  
 cus Dei est: utpote omnium reus: iuxta illud, Qui in  
 uno offendit, reus omnium factus est. Ex hoc autem  
 quod tam remissio quam retentio diuina est peccato-  
 rum mortalium omnium quæ quis habet, manifeste se-  
 quitur quod etiam tam remissio quam retentio quæ fit  
 à Christi ministro, debet esse non aliquorum pecca-  
 torum mortalium confitentis, sed omnium: quia tam  
 remissio quam retentio ministri debet esse talis, ut re-  
 missioni assistat diuina remissio, & retentioni assistat  
 diuina retentio: alioquin non uerificarentur Christi  
 uerba, Quorum remisistis peccata, remittentur eis,  
 & quorum retinueritis, retenta sunt. Non uendicaret  
 autem sibi remissio ministri, assistentiam remissionis

Psal. 32.

Iac. 2.

ditina, si discordare t à remissione diuina. Discordaret autem, si Deo remittente omnia, uel retinente omnia, minister quoq; non remitteret omnia, uel non retineret omnia. Ad hoc autem ut minister uel remittat omnia, uel retineat omnia, oportet ministro innotescere omnia, nisi cæcus ac temerarius remissor uel reitentor sit. Et quoniam ministro Christi peccata poenitentis per ipsius confessionem propriam innotescunt consequens est, ut oporteat confitentem confiteri omnia sua mortalia peccata. Vide, examina & libra prudens lector quæ diximus: Et perpendes ex ipsa institutionis forma in Euangelio scripta, haberi confessionem omnium peccatorum.

SUPEREST diluere obiecta à Lutheranis, distinguendo de confessione, uel absolute, uel ut est actus humanus. Est autem confiteri omnia absolute, nullum peccatum inconfessum relinquere, confiteri uero omnia ut confessio est actus humanus, est confiteri omnia quorum confessio subest humanæ facultati. Vnde ex hoc quod delicta nullus ad plenum intelligit, esto quod impossibile sit hominem confiteri absolute omnia peccata sua ( quoniam ignota relinquit inconfessa ) non tamen hinc sequitur, quin confessione humana possit quis confiteri omnia peccata sua, quoniam sub integritate confessionis humanæ non comprehenduntur omnia peccata absolute, sed duntaxat nota & quorum quis memoriam habet: nam oblita

50. DE CONFESSIOE.

Et incognita confiteri non subest facultati humane.  
Et quia perspicuum est sub lege tam diuina quam hu-  
mana actionem nullam exigi ab homine quæ non sit  
in hominis potestate, ideo quum ex Euangelio habe-  
tur confessionem omnium peccatorum requiri ad sa-  
cramentum pœnitentiæ, non est sermo de confessione  
omnium peccatorum, absolute, sed de confes-  
sione omnium peccatorum ut subest facultati huma-  
ne, quod est dicere, ut pœnitens confitea-  
tur omnia peccata sua non igno-  
ta, nec oblita. Hæc de con-  
fessione omnium peccatorum.



52.

# DE SATIS- FACTIONE.



SATISFACTIONEM pro peccatis, quæ tertia pars pœnitentiæ ponitur, Lutherani negant, tñ quia non habetur ex sacra scriptura. tum quia opera nostra non sũt meritoria nec satisfactoria. Nos autem dicimus ex sacra scriptura haberi necessariam quãdoq; esse post ueniam peccati satisfactionem pro peccatis, eamq; fieri posse operibus nostris. Et quidem post consequitam ueniam peccati, satisfactionem quandoq; siu peresse pœnæ pro peccato, testatur duplex modus quo Deus remittit peccatum. Legimus enim Deum quandoq; remittere peccatũ quo ad culpam & quo ad pœnam : ut patet tum in latrone, cui dixit, Hodie mecum eris in paradiso, Tum in remissionem peccatorum, quæ fit baptismo, gratia siquidem baptismalis sola sufficit ad salutem æternam, si antequam baptizatus moriatur, nouum peccati obicem non ponat ultimo baptisimi effectui, qui est uita æterna. Et in huiusmodi remissionibus perspicuum est non esse opus satisfactione. Legimus quoq; Deum quandoq; remittere peccatum, & non remittere totam pœnam pec-

Luc. 23.



cati, ut patet 2. Reg. 12. ubi clare legimus quod arguenti Nathan Propheta Dauidem de adulterio simul & de homicidio, & dicente Dauid, Peccaui domino, respondit Nathan. Et iam dominus transire fecit peccatum tuum, & non morieris, ueruntamen filius qui natus est tibi, morietur. Ex his enim patet Deum remisisse peccatum, & quo ad culpam, & quo ad aliquam poenam, non remisisse autem quo ad punitionem Dauidis in morte filij, nec ( ut subiuncta in ca. 16. testantur ) quo ad punitionem eiusdem in publica uiolatione uxorum à proprio filio, nec quo ad punitionem eiusdem in perpeffione mali ex domo propria, nam propter hoc peccatum passus est ab Absalon filio suo. Omnes siquidem poenas has ex parte Dei Nathan Propheta comminatus est propter illud peccatum Deuidis. Ex hoc igitur quo Deus remittit quandoq; peccatum, & tamen post peccati ueniam restat qui peccauit adhuc puniendus, manifeste dicimus Deum quandoq; remittere peccatum, & non remittere totam poenam pro peccato debitam. Hinc ergo nascitur necessitas exoluendi illud poenae reliquum quod Deus non remisit remittendo peccatum.

Quia autem huiusmodi reliquiae poenae exolui possunt dupliciter, uel satisfaciendo, uel satisfaciendo, & Dauid exoluit satisfaciendo ( nam non ipse intulit sibi ipsi quas debebat poenas, sed Deus intulit eas illi ) superest ostendere ex scriptura quod huiusmodi reliquiae

reliquias pœnæ possumus satisfaciendo exoluere. Lege in Euangelio Mathei, & inuenies Ioannem Baptistam prædicantem duo. Alterum pœnitentiam agite. Alterum, facite fructum dignum pœnitentiæ. Quorum primum spectare ad ipsum peccatum, Græcæ dictio aperius manifestat, dum simplicem pœnitentiæ actum significat. Secundum autem, uerba ipsa testantur ad nostra opera pœnitentiæ consequentiâ pertinere, fructus enim pœnitentiæ sonat opus proueniens à pœnitentiâ, ut à radice seu arbore. & ex eo quod non dicit, facite fructum dignum innocentia, seu fructum dignum iustitia, seu fructum dignum bonitate, sed fructum dignum pœnitentiâ, manifestum fit quod de fructu digno pœnitentiæ formaliter (hoc est quatenus pœnitentiâ) loquitur, ut uidelicet faciant fructum dignum radice internæ pœnitentiæ. Per spicuum autem est ex eo quod pœnitentiâ est præteritorum peccatorum, quod fructus dignus pœnitentiâ est opus restaurans ea quorum est pœnitentiâ. hoc est reparans ea quæ omisisse uel commisisse nos pœnitet. Hoc autem uocamus satisfacere pro peccatis, pro quanto in hoc comprehenditur deletio omnium malorum, quæ in pœnitente remanserunt ex peccato, quorum unum est reatus reliquæ pro peccato pœnæ. Si enim pœnitentiâ non fructificaret reparationem omnium perditorum per peccatum, nequaquam ad fructus dignos se ipsa extenderet, quoniam suapte na-

Cap. 3.

tura exigit ut ad perfectum ducatur quod ipsa inchoauit: & clarum est ad perfectum non duci, donec superest aliquid ex peccato soluendum. Ex autoritate itaq; sacra scriptura habetur, quod quandoq; post ueniam peccati opus est satisfactione. quae fit per opera qui sunt fructus digni poenitentia.

Quod uero obijcitur de nostris operibus, quod nec meritoria, nec satisfactoria sunt, indignum censeo discussione noua. Nam sacra scriptura plena est sententijs sonantibus, tum quod opera nostra non sunt meritoria, tum quod opera nostra sunt meritoria. Et perspicuum est has duas sententias non sibi inuicem aduersari: sed esse sensum, quod opera nostra quatenus sunt ex nobis, non sunt meritoria, & consequenter nec satisfactoria: quodq; opera nostra quatenus ex diuina sunt gratia,

& praeueniente, & subsequente & perficiente sunt meritoria & consequenter satisfactoria. Et ambo tam clare habentur in innumeris scripturae locis, ut apud exercitatos in sacris literis luce meridiana clariora sint: & propterea pertranseo. Haec de satisfactione.

89.

# DE INVO CATIONE SANCTO rum.



V THERANI INVOCATIONEM sanctorum aiunt ex scriptura non haberi. Et quanuis non potest eos loqui de inuocatione sanctorum angelorum, sed sanctorum

hominum, tutiorem tamen eligendo partem declarabimus summarie primum de sanctis angelis, deinde de sanctis hominibus, quae habentur in scriptura de inuocatione eorum. Et quidem quod angeli intercedant pro nobis, clare patet. ubi angelus dicit Deo, Domine exercituum, usquequo non misereberis Hierusalem, & urbium Iuda quibus iratus es iam septuaginta annos? Mathei quoque xviii. Dominus dicit angelos causam agere pusillorum, qui contemnuntur. Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis, dico enim vobis quod angeli eorum in caelis semper uident faciem patris mei, proculdubio ad patrocinium praestandum pusillis contemptis. Quod autem inuocandi a nobis sint sancti angeli, habetur in primis ex Genes. xxxii, ubi Iahacob inuocauit angelum ad benedicendum sibi.

Zach. i.

dum sibi. Non dimittam, inquit, te, nisi benedixeris mihi. Deinde ubi Daniel de seipso dicit, Accessi ad unum de assistentibus, & ueritatem querebam ab eo. Nec est dubium quod de sanctis angelis assistentibus loquitur. Ad Hebr. quoque ca. 1, de sanctis angelis dicitur, quod omnes sunt administratorij spiritus qui in ministerium mittuntur, propter eos qui hereditatem accipient salutis. Ex hoc enim quod Deus disposuit gubernare nos per medios angelos, non propter se Deum, sed propter nos heredes uite eterne, ordinasse intelligitur ut nos inuocemus sanctos angelos tanquam medios inter nos & Deum, nisi usque adeo desipere liceat, ut dante principe seu curia aduocatum peregrino uel pupillo, negetur simul disponi ut peregrinus aut pupillus inuocare possit patrociniū aduocati dati.

Quocirca inuocationem sanctorum angelorum, utpote manifestam secundum sacras scripturas relinquendo, ad inuocationem sanctorum hominum transueamus. Duobus modis inuocare consueuimus sanctos. Vel directe eos rogando, puta, sancte Petre ora pro nobis. Vel rogando Deum per sanctorum merita, ut in canone missæ ecclesia consueuit rogare, dicendo, quorum meritis precibusque concedas &c. Vtroque autem modo ex sacra scriptura haberi inuocationem sanctorum dicimus. Et quidem quod anime sanctorum intercedant pro nobis, habetur ex Apoc. Vidi sub altari animas interfectorum propter uerbum Dei, & clamabant

DE INVOCAT. SANCTO. 55.

habant uoce magna, dicentes, Usquequo domine sanctus & uerus non iudicas & uindicas sanguinem nostrum de ijs qui habitant in terra? Ex hoc enim quod anime sanctorum orant Deum contra malos habitantes in terra, manifeste discimus quod multo magis orant pro salute electorum, quanto propensior est uoluntas sanctorum ad bonum nostrum quam ad malum nostrum. Rursus, Reuelauit nobis Dominus quod diues in inferno intercessit pro fratribus suis in hac uita manentibus. Ex hoc enim reuelatum esse insinuauit quod multo magis sancte anime intercedunt pro salute suorum. Nam si diues, cui dum esset in hac uita nulla fuit cura salutis fratrum, in tormentis positus etiam importune supplicat pro salute fratrum, multo magis sancti uiri quorum in hac uita studium fuit circa salutem fratrum, exuti carnem, iamq; beati continent charitatis affectum & intercedunt pro salute fratrum.

Luc. 16.

Quod autem à nobis inuocandi sint, ex scriptis Math. habetur. Scribitur enim ibi quod multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt, & uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Hinc enim habetur quod Deus post Christi resurrectionem gubernat instruendo nos non solum per sanctos angelos, sed etiam per sanctos homines. Non enim uane apparuerunt multis, sed ad instruendum eos de uero Messia deq; illius resurrectione. Ex hoc enim quod

Cap. 27.

G usq; ad te

usq; ad tempus illud gubernauit nos per angelos sanctos & non per homines sanctos, & tunc incepit gubernare nos per sanctos homines, insinuauit noua se adhibuisse media gubernationi electorum. Et nisi ordini gubernationis diuinæ erga nos, adiunctos ex merito passionis & resurrectionis Christi sanctos homines manifestare uoluisset Deus, misisset angelos in Hierusalem ad apparendum multis & instruendum illos sed ex eo quod non solum per medios angelos in sepulchro apparentes mulieribus, sed etiam per sanctos homines apparentes multis in Hierusalem manifestauit resurrectionem Christi, insinuauit quod ad ea quæ sunt nostræ æternæ salutis ministerio angelorum, adiunxit ministerium hominum beatorum. Et hinc ulterius sequitur quod ex ipso ordine diuinæ gubernationis quo gubernat nos etiam per sanctos homines, manifestatur recurrendum esse nobis ad sanctos homines alioquin rediret illud idem absurdum quod deductum est si non possemus inuocare sanctos angelos. datos enim esse sanctos homines ad nostram utilitatem medios inter Deum & nos, testatur dicta apparitio. Ad datos autem diuinitus medios posse nos recurrere, per spicuum ex dictis est. Pauloq; minus absurdum sequitur, si Deus disposuit gubernare nos per medias intercessionem sanctorum hominum (ut priores scripturæ testantur) & nobis non liceret ad intercessores nostros recurrere.

DE INVOCAT. SANCT. 57.

Quod demum orandus sit à nobis Deus per merita sanctorum, habetur. Dum Moses supplicando Deo inter alia dicit, Recordare Abraham, Isaac, & Israel Exo. 32. et seruatorum tuorum. Hoc enim nihil aliud est, quam rogare per merita Abraham, Isaac, Israel. Et huic si adiunxeris prius declarata (videlicet quod sancti intercedunt pro nobis) manifeste inferes, quod non solum per merita, sed etiam per preces sanctorum supplicare nos Deo est scriptura habetur. Et his si adiunxeris quod in idem redit orare Deum per merita & preces sanctorum, & orare sanctos ut merita & preces proponant apud Deum (nam res eadem, licet modus

sit dispar, & utrobique est inuocatio sanctorum, licet diuersimode) facile perpendes omni ex parte tradi ex sacra scriptura inuocationem sanctorum. Et hæc de propositis di-

ctis qui legerint, meminervint

ineruditorum esse certis

dinem mathema-

ticam,

querere in mo-

ralibus, & uniuersa-


saliter in agendis

à nobis.

G a









# THOMAS

DE VIO CAIETANI

Cardinalis Sancti Xysti.

ad XVII, quæsitæ

Responsiones.

AD REVEREND. DOMINUM

Nicolaum, archiepiscopum

Capuanum,

RESPONSIO PRIMA.



**R**ELSASTI ME SÆPE, re  
uerende domine ac frater amanti-  
ssime, circa confessionem peccato-  
rum in sacramento pœnitentiæ, tu  
quod molesta pœnitentibus exacta

De exacta  
cõfessione

usq; ad singulas species, & multo amplius usq; ad nu-  
merum peccatorum confessio uideretur, tum quod  
post exactam confessionem si quid oblitum fuerit, o-  
porteat confiteri, graue iugum uideretur.

Quocirca diligentius pœnitentiale forum confi-  
derandum duxi, & perspicatius scrutatus, inueni ue-  
ritatem huius rei in medio consistere, & ueram qui-  
dem esse communem sententiam, quod oportet specia-  
es numerumq; peccatorum confiteri, & oblita supple-

re, & uerumquodq; esse, quod non oportet tam exactam confessionem, specierum, ac numeri facere. Nam de peccatorum speciebus ac numero potest esse sermo dupliciter, uel absolute, uel relative, ad salutare iudicium sacramenti poenitentiae. Et si absolute. ( hoc est secundum ipsas morales species peccatorum in seipsis ) considerentur, non est opus omnes illas confiteri, tamen quia rarissimus inueniretur confessor sufficienter doctus ad audiendum confessiones, quoniam notitia omnium specierum peccatorum rara ualde est, tum quia species maledicentiarum, in quas etiam muliercula sepe incidunt, testantur non oportere species omnes confiteri, nam maledicentiae distinguuntur specie, quemadmodum & male operationes, ita quod quemadmodum homicidium distinguitur specie à furto, quia homicida uitam, fur res tollit, ita maledicentia mortis distinguitur specie à maledicentia rerum, & haec à maledicentia febris, & haec à maledicentia uinculorum, & sic de alijs. Ita ut species maledicentiarum etiam confessoribus ignotae sint: & tamen mundus Christianus sic transit, contestans factis, quod non oportet sollicitum poenitentem aut confessorem esse de exacta noticia specierum absolute. At si de speciebus & numero peccatorum relative ad salutare iudicium confessoris est sermo, uerificatur quod oportet species & numerum peccatorum confiteri: sed hoc non est confiteri omnes species & omnem numerum absolute, sed

AD XVII QVÆSITA. 62.

lute, sed quantum exigit salutare iudicium confessoris. Verbi gratia: Si quisquam rapuit res, ligauit personas, uulnerauit homines, occidit innumeros cum socijs, & hæc tam in laicos quam in clericos sacerdotes. &c. commisit, quamuis absolute omnium specierum, & in singulis sui numeri noticia exigatur ad certum iudicium absolute, ad noticiam tamen salutaris iudicij commisi confessori sufficit mixta noticia specierum, & confusa noticia numeri: puta, quod uno anno hæc & similia continue exercuit. Dico & similia: quoniam talis confessio offert iudicio confessoris similes species, quæ relatæ ad illius iudicium habentur pro eisdem. Et similiter meretrix quæ omnes passim admisit, prouocauit &c. solutos, coniugatos, presbyteros, religiosos &c. non est moleste disciendæ, sed sufficit nosse species mixte & numerum confuse, dicendo quod tot annis dedi operam tali negotio &c. Quod autem exemplis istis dico, ideo dico ut proportionaliter intelligatur de alijs qui non sunt inuoluti continuo aliquo crimine: scilicet quod quo ad numerum sufficit salutari iudici nosse frequentiam peccati. Hæc enim magis exigitur quam certus numerus: nam & si numerus non est circumstantia peccati absolute, sed aliud peccatum, est tamen circumstantia peccati, ut est materia salutaris iudicij, cui utilius est nosse frequentiam, quam certum numerum: ut experientia testatur. & hoc appellauit nosse numeros

se numerum in confuso. Quod ad species nero sufficit, quæ manifestæ sunt communiter species (hoc est peccatorum diuersitates) confiteri mixtim prout nouit pœnitens. & confessori prudenti sat est nosse eas mixtim quantum salutare pœnitenti iudicium exigit. Omnium autem horum ratio est una: quia scilicet mē sura noticiæ peccatoris, peccatorum & circumstantiarum est, & esse debet duntaxat salutare iudicium sacerdoti commissum. Ex hoc enim quod salutare iudicium commissum homini sacerdoti non exigit exactam noticiam secundum se, sed quantum sufficit arbitrio sibi commissio, deducuntur hæc omnia. Taceo radices doctrinæ huius: uidelicet quod medicus nouit carnem, neruos, & sanguinem, usq; ad talem terminum & non plus: similiter physicus nouit substantiam, & quantitatem, usq; ad talem terminum & non plus, & simile uidemus in artibus. Hinc enim consentaneum rationi est, ut iudex salutaris noscat peccatorem, & peccata, usque ad talem terminum, hoc est, quatenus sunt materia salutaris iudicij commissi homini sacerdoti.

Ex his autem facile est & ultimum nodum de obliuione soluere. Nam rarissimum est, consistentem diuersitates specificas peccatorum communes & frequentiam peccatorum (intendendo sub illis speciebus, & sub illa frequentia omnia sua peccata confiteri) quod aliquid fuerit obliuione omissum: nam etsi nõ fuit actus

AD XVII. QVÆSITA. 64.

Fuit actualiter aliquid cogitatum, fuit tamen ex intē-  
tione comprehensum sub confessis, eiusdem uel simi-  
lium specierum: & propterea non est inter oblita sup-  
putandum. At si omnino disparatum peccatum post  
confessionem ad memoriam redierit, quod si fuit, et  
recordatus non sub dictis comprehendisset, oblitum  
uere est & confitendum tempore congruo.

AD SEX QVÆSITA A FRATRI-  
bus Prædicatoribus in nouo continente.

RESPONSIO II.

**D**ilecti fratres salutem. Primum dubium à  
uobis propositum est circa baptismum infide-  
llum adulatorū, an sit licitum baptizare eos qui non  
sunt instructi in fide, nisi sub quadam confusione, et  
petunt baptizari, & an sufficiat, quod instruuntur  
paulatim post baptismum, ut mos est in his partibus  
quod diebus dominicis & festiuis ueniunt ad ecclesiā,  
& ibi dēntur.

De bap-  
tismo infi-  
deliū adul-  
torum.

Ad hoc dicitur quod proculdubio perfectus ordo  
baptismi est, ut baptizandi instruuntur in fide pri-  
usquam baptizentur, & post baptismum instruan-  
tur in obseruatione mandatorum Christi. Nam salua-  
tor hunc ordinem instituit, dicens discipulis, Docete  
omnes gentes, baptizantes eos, docentes eos seruare  
quæcunq; mandauit uobis. Ex eo nāq; quod dicit bis

H docete se

docete (semel ante baptismum, & iterum post bapti-  
smum) patet quod primum docere refertur ad cre-  
denda, secundum autem ad agenda. Huiusmodi ordi-  
nem seruasse ecclesiam tempore Christianæ pacis per-  
spicuum est, ex eo quod leguntur catechumini mul-  
to tempore ante baptismum, quamuis tempore per-  
sequutionis legantur multi baptizati absq; catechi-  
smo, propter feruorem fidei apparentem in illis.

Quocirca si ex rationabili causa baptismus detur mi-  
nus instructis in fide petentibus illum, datur licite: nã  
& ecclesia non instructis in fide ( infantibus scilicet  
Christianorum ) consuevit dare baptismum: tum pro-  
pter periculum mortis. innumerabiles enim an-  
te annos discretionis moriuntur: tum propter bonum  
ipsorum infantum: ut à cunabulis assuescant ad ea  
quæ sunt salutis propriæ, tollendo fere ab eis liberta-  
tem peccandi peccato infidelitatis. Si autem sine rati-  
onabili causa fit, non est licitum digredi ab ordine  
instituto à Christo.

## RESPONSIO III.

De baptis-  
mo paruu-  
lorũ infide-  
lium.

**S**ecundum dubium est circa pueros infidelium: nam licet parentes eorum offerant ipsos ad ba-  
ptismum, faciunt tamen hoc communiter, quia uident  
principales baptizari, ita quod aliàs nõ facerent: &  
propterea quasi uiolenter quodammodo ipsos offe-  
runt: & cum remaneant apud parentes, dubitamus  
an sint

an sit in detrimentum & periculum fidei.

Ad hoc dicitur, quod si parentes permittunt pueros sic baptizatos frequentare ecclesias, more Christianorum, ut instruantur in fide, non est timendum sed licite & laudabiliter datur baptismus huiusmodi pueris, quicquid sit de motiuo parentum: occasiones enim paterni animi etiam male prosunt ijs qui offeruntur Christo.

## RESPONSIO IIII.

**T**ertium dubium est circa sacramentum matrimoniij. consistens in hoc quod ibidem communitate uiri habent multas uxores, & cum conuertuntur ad fidem nesciunt declarare ad quam illarum habuerunt consensum determinatum: dicentes quandoq; non habuisse expressum consensum nisi ad secundam uel tertiam. quandoq; uero quod habuerunt consensum ad omnes, & propterea queritur an sit licitum huiusmodi matrimonia dissolvere.

Ad hoc dicitur quod iuxta Decretatalem gaudeamus, in tit. de diuor. clarum est, quod conuersus ad fidem debet retinere primam uxorem dūtaxat. Scrupulus autē iste de consensu expresso uel non expresso pro nihilo habendus est, quando certū est quod coniugali affectu uir & mulier sese coniunxerunt, sufficienter siquidē exprimitur mutuus consensus in coniugium per carnalem copulam cum affectu coniugali, hoc est, quod



uir cognoscit illam, non ut fornicator, sed ut maritus, & mulier tradit corpus suum illi, non ut meretrix, sed ut coniux. Et propterea absq; omni hesitatione debet remanere cum prima.

## RESPONSIO

## V.

De admit=  
tendis ad **Q**uartum dubium est, an sit licitum admitte=  
re eos ad sacramenta confessionis & eucha=  
cōfessionē ristie, qui adhuc non sunt plene instructi in fide.  
& eucha=  
ristiam, Ad hoc dicitur, quod ad sacramentalem confes=  
sionem non solum admittere, sed prouocandi sunt illi,  
qui quamuis minus sint instructi circa credenda, suf=  
ficienter tamen sunt instructi circa confessionem, ut  
scilicet discernant confessionem sacramentalem, à con=  
fessionibus coram iudicibus humanis, & capaces fi=  
ant quod confessio fit homini in persona Dei, & pro=  
pterea oportet omnia peccata confiteri tanquam co=  
ram Deo, ut absolutionis fructum consequantur à  
Deo. Et similiter si discernunt inter eucharistiam &  
communem panem ( uidelicet quod communis panis  
est cibus corporis, eucharistia autem est cibus anime  
quia ille est uere panis, ista aut corpus Christi ) admi=  
tendi & inuitandi sunt ad eucharistie communionē.  
Qui aut in ijs que sunt Christiane religionis tam pa=  
rum sunt instructi ut non discernant inter confes=  
sionem & confessionem, inter panem & panem  
non sunt ad sacramenta hæc admitendi.

RESPON

## RESPONSIO VI.

**Q**uintum dubium est, an sit licitum commi-  
tere pueris qui in domibus religiosorum in-  
struuntur, ut prædicent fidem nostram alijs, & ma-  
xime articulos fidei, quia in lingua eorum non sunt  
uocabula ad declarandum aliqua quæ in articulis fi-  
dei continentur, & quia quodammodo prædicatio  
& fides nostra uenit in contemptum, cum uidet prin-  
cipales & alij pueros prædicare cum auctoritate.

De pueris  
prædicā-  
tibus.

Ad hoc dicitur, quod cum officium prædicandi  
publicè & c. sit in ecclesia Christi inter præcipua Chri-  
sti ministeria (ut Paulus apostolus pluries scribit)  
non licite committitur pueris. sequuntur quoq; absur-  
da quæ afferunt de honestantia commissionem. Secus  
autem esset, si prædicator actu prædicans, uteretur  
puero interpretæ, quoniam tunc non puer sed ille  
prædicaret.

## RESPONSIO VII.

**S**extum dubium est, an possimus recipere elee-  
mosynas etiam quod una missa satisficiat pluri-  
bus, absq; scrupulo conscientiæ.

De una  
missa di-  
cta pro

Ad hoc dicitur (prout diffuse in nostris Quodli-  
betis monstrauimus) quod securissima conscientia u-  
na missa satisficit pro infinitis elemosynis datis à di-  
uersis promissa. Bene ualete, & Deū pro me orate.

pluribus.

## AD QVATVOR QVÆSITA

à migistro Martino Iustiniano Genuen.

## RESPONSIO VIII.

De cõpo-  
sitiõẽ sup  
bonis in-  
certis.

**A** Mantissime frater, quæstionibus tuis, quibus ipsemet satisfacere facile posses, responsum negare non audens, breuiter respondendum curavi. Primum itaq; dubium est, an commissarius Pontificis ut possit componere de bonis incertis, nulla quota taxata, si non egenti habenti mille de incertis componat pro decem sibi oblatis dimittendo totum residuum, componat licite, sic ut in foro conscientie ille cui remissio facta est, sit tutus.

Ad hoc dicimus, quod non est tutus in conscientia nisi compositio sit rationabilis, quoniam commissio apostolica intelligitur exequenda secundum recte rationis arbitrium, quoniam nec ipse papa potest ad libitum bona Christo seu pauperibus debita (qualia sunt incerta) donare cuicumq;. Perspicuum est autem dictam compositionem alienam esse à recte ratione.

## RESPONSIO IX.

De uendi-  
tiõẽ armo-  
rii infide-  
libus.

**S**ecundum est, an gubernatores insule Chij tributarie principi Turcarum, dantes seu uendentes stupam, picem, & id genus reliqua, imò & conferentes fabros triremium, cum oculata fide quod usus triremium, est in damnum Christianorum, peccent, & an peccando sint obligati ad restitutionem.

AD XVII. QVÆSITA.

Ad hoc dicimus, quod quamuis actiones istæ eñ proprio genere non sint illicitæ, ex circumstantia tamen notorij abusus trirremium præuisi redduntur illicitæ. Quemadmodum enim fabri olim quadrigæ Solis potius martyrium subibant, quam fabricare huiusmodi quadrigam (non quod ex genere suo esset huiusmodi fabrica illicita, sed quia sciebant quod ad usum idololatriæ fiebat) ita fabri & cooperatores trirremium in damnum Christianorum. potius mori deberent, quam hoc efficere. Ad id uerò quod adiungitur an teneantur ad restitutionem, non uideo unde isti teneantur restituere, quia ualde remote & per accidens concurrunt ad huiusmodi sequutura damna. Nam præter intentionem consensumq; eorum usus ille sequitur, quod est per accidens concurrere, & ualde à remotis concursus iste est, ut non mereatur inter causas illationis iniusti damni supputari.

RESPONSIO X.

Tertium est, an tempore belli dubij quo ad iustitiam, res deprædatas uenditioni expositas possit quis bona conscientia emere, cum animo quod si ullo unquam tempore apparebit de iustitia, quaeret diligentius dominos dictarum rerum, & accepto precio à se dato res emptas restituet.

De rerum  
direptarum  
emptioe.

Ad hoc dicimus, quod nisi tanquam gestor negotiorum incerti domini rei uenalis quis emat, non emit licite rem

licite rem dubiam uolens sibi restitui precium. Dicit enim dominus rei: Quis te rogauit ut pro te emereres rem meam? quod non posset dicere si tanquam utilis negotiorum gestor illius emisisset.

## RESPONSIO XI.

De præcepto sub **Q**uartum est, nunquid quando emanat ex cōmunicatio quod si quis scit aliquid de aliqua pœna exreteneatur reuelare palam & publice in curia episcopali, Petrus qui scit aliquid, sed non potest promotionis, ut bare, teneatur reuelare.

quippiam Ad hoc dicimus, quod aliud est scire per modum reueletur. accusatoris, & aliud per modum testis: accusator enim tenetur probare, testis autem non tenetur probare: & propterea cum huiusmodi excommunicatio cōmuniter fiat ad habendum iudicia uel testimonia ignota, tenentur proculdubio scientes reuelare, præsupposito quod excommunicatio feratur in casu quo secundum iura potest fieri inquisitio: nisi fiat uis in uerbo. palam, & publice, de quo iuristis remitto quaestionem. Hæc sunt, frater amantissime, quæ mihi occurrerunt ut satisfaccerem charitati tuæ. Bene uale, & ora pro me.

AD QVINQVÆ QVÆSITA

ab eodem fratre Martino Iustiniano

Genuen. sacre Theologie

professore.

RESPO

## RESPONSIO XII.

**F**ater charissime, cupiens satisfacere uotis tuis. De nuptiâ quamuis ager, respondebo breuiter quæstio= is sine con= nibus in tuis literis contentis. Prima autem quæstio sensu pat= est, an statutum quod puella habens parentem, & rentis. nubens absq; parentis consensu, perdat bona paterna & materna, & licite possit teneri inclusa à parente, sit contra libertatem matrimonij.

Ad quam quæstionem respondetur, quod dictum statutum pro quanto concedit detineri puellam, si nu= psit, militat aduersus libertatem matrimonij: quoni= am concedit detineri uxorem alterius inuito marito, ex hoc quod usa est libertate iuris respectu corporis proprij ad nubendum.

## RESPONSIO XIII.

**S**ecunda quæstio est, an idem statutum priuet pū= sellam quæ sic nupsit, legitima sibi debita.

De priua= tione legi= tima.

Ad quam respondetur, quod quæstio ista perti= net ad Iuristas: & ideo illos consulendos censeo, ut tractent fabrilia fabri. Certum est enim, quod huma= na iura possunt priuare filium legitima.

## RESPONSIO XIII.

**T**ertia quæstio est, an blasphemantes deum &= bis continentibus aliquam hæresim (pūta deus est partialis, Deus non potest hoc facere, & huiusmo= di) sint ex=

De blas= phemia.

di) sint excommunicati. Ad quam respondetur, quod blasphemates sic (salua tamen interna fide) nō sunt excommunicati. Responderem quoq; ad rationem dubitandi citatam in uestris literis, si illam inuenissem in loco citato.

## RESPONSIO XV.

De habitu  
Paūli ex  
uisis in ra  
ptu.

**Q**uarta quæstio est, quem habitum acquireret beatus Paulus cum ex uisis in raptu, argumentabatur post raptum ad aliquas conclusiones. Et ratio dubitandi est, quia post raptum non habebat Paulus de prædictis uisis fidem, sed euidentem certitudinem, & nisi generetur in eo ex dicto discursu habitus scientificus, non apparet quis alius habitus potuerit in eo generari.

Ad quam respondetur, quod quæstio ista præsupponit duo ambigua. Alterum est, quod reuelata Paulo in raptu fuerint ab eo uisa, ipse nanq; Paulus non dicit se uidisse, sed audisse ineffabilia uerba **Q**uo circa Paulus, quamuis euidenter cognouerit se audire à Deo uerba ineffabilia, non tamen hinc habetur quod noticiam euidentem habuerit tunc illarum rerū quæ uerbis ineffabilibus significantur. Verbi gratia: Audiuit tunc paulus à Deo incarnationis mysterium fuisse in una hypostasi uerbi Dei, & duabus naturis, diuina scilicet & humana, non tamen propterea uidit ipsam unionem, & sic de similibus, sed certificatus est ex

tus est ex euidentiâ reuelantis quod reuelata erant ue-  
 ra. Alterum est, quod Paulus ex auditis in raptu di-  
 scurreret post raptum discursu acquisitiuo nouæ no-  
 titiæ, sufficit enim quod usus fuerit discursu ad applic-  
 candum, quemadmodum habens habitum alicuius sci-  
 entię perfectum, utitur discursu illius scientię non ad  
 acquirendam nouam in illa scientia noticiam, sed ad  
 applicandum principia conclusionibus, & ad applic-  
 candum noticiam experientiæ, uel operationis. Ex  
 quibus facile, doctissime Theologiæ, uidere potes,  
 quod si Paulus ex auditis in raptu post raptum usus  
 est discursu acquisitiuo nouæ noticiæ, non oportet no-  
 titiam illam nouam esse scientificum habitum, cum nõ  
 oporteat habere euidentiâ nouiter cognitorum, si-  
 cut nec primum auditorum oportet asserere euiden-  
 tiam. Si quis aut euidentiâ fateretur in Paulo audi-  
 torum, & discursum postea acquisitiuum nouæ no-  
 titiæ. diceret consequenter quod euidentiâ auditorũ  
 fuisset tanquam intellectus principiorum, & notitiâ  
 inde deducta discursu demonstratiuo fuisset scientia.

## RESPONSIO XVI.

**Q**uinta quæstio est, an supposito quod cœlũ  
 sit animatum, ponendæ sint secundum Ari-  
 stot. aliæ substantiæ separatae. Et ratio dubitandi est  
 quia Aristot. noluit aliquas substantias separatas esse  
 quæ non mouerent, quia secundum ipsum essent ocio

De ponẽ-  
 dis secun-  
 dũ Arist.  
 substãtijs  
 separatis.

1 2 se. Excipio



posito coe se. Excipio tamen, inquis, primam, à qua dependen-  
 to anima= omnia, sicut à principio & fine. que est extra &  
 to. supra ordinem uniuersi.

Ad quam respondetur, non defuisse qui opinarē-  
 tur supra ordinem animarum cœlestium ordinē sub-  
 stantiarum penitus separatarum à corporibus, & a-  
 nimas quidem cœlorum mouere cœlos, ut amantes &  
 desiderantes, intelligentias autem illas mouere eosdē  
 ut amatas & desideratas, & ppter ea esse motus prin-  
 cipia omnino immobilia, quoniam sola hæc que mouēt  
 ut amata, mouent penitus immota, ut in 3. de Ani-  
 ma, & 12. Metaph. dicitur. Et secundum hanc opi-  
 nionem non ponuntur ociose, sed mouentes ut amata  
 huiusmodi intelligentiæ. Consonat autem Aristotelis  
 processui hæc positto, pro quanto in 12. Metaph.  
 postquam declarauit motorem separatum mouere ut  
 amatum & desideratum, quia hoc genus mouentiū  
 duntaxat mouet penitus immotum, inquit quod hu-  
 iusmodi principia immobilia ponenda sint. Alij autē  
 putant Aristot. usum fuisse sermone formali, & unā  
 eandemq; rem appellasse naturam cœlestis corporis,  
 & animam eiusdem, & principium mouens idem ut  
 proprium amatum & desideratum. In primo nanq;  
 cœli probat motum circulare esse naturalem corpo-  
 ri cœlesti, quia motus simplex est naturalis corpori  
 simplici, perspicuum est autem ex secundo de anima,  
 quod anima est natura sui corporis, animam itaq;  
 cœli ap-

cœli appellauit naturam corporis cœlestis. In secūdo uero cœli declaraturus differentias animales in cœlo, appellat formam cœli animam, ne frustra querat animales partes dextri & sinistri in cœlo. In XII. aut Metaph. eandem animam non quatenus mouet ut amans, sed quatenus mouet ut amata, appellat eam principium immobile. Et quoniam amatum per accidens idem est cum amante. (non enim omne amatum identificatur amati) ideo formaliter loquendo, aliud est sermo de natura cœli, aliud de anima cœli, aliud de substantia sepeperata mouente penitus immota. Et cō istis stat quod una atq; eadem res est natura cœli, anima cœli, & motor cœli immobilis. Dixi aut, ut amatum propriū, ad differentiam Dei, qui mouet ut amatum commune omnibus amatis, & consequenter animantibus, amatum enim proprium oportet correspondere uniuscuiusq; orbis proprio motori. Et perspicuum est, quod proprium amatum ab anima orbis Saturni, participatio quedam est Dei, ut Auerrois præclare docuit in XII. Metaph. Hæc sunt, frater amantissime, quæ mihi occurrerunt respondenda ad quæsitæ te. Bene uale & Deum pro me ora.

AD FRATREM ANTONIVM

Hispanum. de uocatis cambijs cū lucro certo.

RESPONSIO XVII.

De cambijs

**C**harissime frater, ambiguitati uestræ ac multis cū lucrorum, ut scribis, expectationi satisfacere non certa.

lens, quæstionem propositam resumendam summarie censui, Queritur enim, an licitus sit contractus inter Ioannem & Antonium talis, Ioannes in nundinis Flandriæ constitutus dat mille ducatos, supputando triginta sex placcas pro ducato Antonio ibidem, recepturus idem ad menses duos in nundinis Metinæ in Hispania ab Antonio ducatos totidem, supputando triginta septem, uel triginta octo placcas pro ducato. Hæc est quæstio.

Fili charissime, si perlegisses tractatum quem olim edidi de cambijs, inuenisses solutionem huius quæstionis. Breuissime itaq; respondeo, contractum istum esse licitum, si lucrum est moderatum. Naturalis enim æquitas suadet, ut Ioannes, quantum est ex natura contractus, non damnicetur, sed lucretur. exponendo pecuniam suam commoditati Antonij, recepturus eam alibi; damnicaretur autem, si nihil plus recepturus esset alibi; nam nonnulla damni species est ex forma contractus, obligare me ad pecuniam quæ hic habeo recipiendum alibi. & quoniam pecunia æstimabilis est beneficii: ista Ioannis erga Antonium, ideo lucrum inde haberi potest: quocirca Ioannes potest aliquid plus accipere, tum ratione aliquid lucrandi. Dixi autem, si lucrum est moderatum quoniam singularia quæ hic uel ibi fiunt, non subsunt determinationi scientificæ, sed prudentiæ relinquuntur: & in proposito moderamen lucri p[er]atis circumstantijs

AD XVII. QVAESITA. 78.


stantijs locorum, temporum, ac abundantiae, uel penuriae pecuniarum, determinandum est a sapientibus mercatoribus timentibus Deum. Et quia non in tantam naturam contractus commoditates quas habet Ioannes utendi pecunia in Hispania, quemdamodum contractus naturam non uariat praeparatio Ioannis ad huiusmodi uocata cambia exercenda, ideo omiffis tot quae scripsisti, ad substantiam duntaxat contractus spectando respondi. Bene uale, & Deum pro me ora.


RESPONSIONVM THOMAE DE  
Vio Caietani Cardinalis sancti Xysti ad  
XVII. Quaesita.


ΤΕΛΟΣ ΤΗΣ ΘΕΩΣΕΩΣ.


Ἡ δικαιοσύνη τοῦ κυρίου μένει εἰς τὸ ἀΰνα.

*Iustitia Domini manet in aeternum.*















Konserwacja dokonana w r. 1962  
przez Piotra Karniewskiego  
Inteligatora Biblioteki Miejskiej



B. 1373-74